sit fieri præceptum de soluendo tanq̃ ɔ confessum in iudicio
iuxta l.si debitum,ff.de iud.vr q. non, quia statuta sũt propriè
intelligenda:cap.in nostra,j.de iniur.l.quicquid astringendæ,
ff.de verb.obl.Modò ista confessio,cum sit facta ante litẽ con-
test.non videt facta in iudicio, ergo statutum non habebit lo-

eum in casu nostro & ita decidit D.Sign. de Homo. ɔs.163.in-
cip. Statuto ciuitatis Mediolani.Istam dec.dãnat Dec. tali fun
49 dimento.cui conceditur, qđ † est plus. non dēt negari qđ est mi-
nus,l.non debet, ff.de reg.iu.[plus aũt est esse in iudicio ꝓprio,
ſm eum,q̃ i iudicio improprio & extraordinario , arg.gl.in l.j.
C.qui admit.] Considera,q ab isto fundō faciliter pōt defendi
opi.Sign. negando quantū ad terminos q̄otus nostræ minorē
conclusionem.nam vbi non seruatur ordo iudicij.ibi fraus est,
& non maturitas consilij , vt scribit Hiero. super Hieremiam,
quē refert Fely.in c.ecclesia S Mariæ,13.col.de const. ergo po
terunt moueri statuentes ad concedendū , q maior decem &
octo annis possit stare in iudicio ordinario, q a ibi cessant frau-
des,non autem i iudicio extraordinario , in quo facillimē pos-
sunt minores decipi.Ex alio tamen pōt redargui opi. Do.Sig.
quia si per statutū conceditur confiteri post litem cōtest.& sic
post principium litis,a fortiori debet esse licita cōfessio ante li-
tem cōtest.& sic in principio litis,aliàs diceretur occasio calū-
nijs & protelationibus litium,contra c.finem litib.]. de do.&
contu.Secundò infertur ad aliam q.Dicit statutum,q forensis
non audiatur, nisi satisdederit ante litem conte. de expēsis re-
stituendis in casu succumbētiæ:forensis non satisdedit.Dubita
tur,an iudiciū sit nullum?Præmissa faciūt,q non, quia ante li-
tem cont.nō est iudicium,ergo qđ non est , vitiari non pōt,l.si
sub ɔdōne,§.post defectum,ff.de inu.rup.& irri.test.Et ita de-
terminat Bal.in l.arbitro,ff.qui satis.cog.& sequitur Alex.cōsi.
77.col.2.vol.2. credo, q ista decisio nō sit vera, posito, q reus
opposuerit,& petierit satisdationē sibi præstari , iuxta doctri-
nam Bar.in l.1.§.sublata,ff.ad Treb.& Pau.de Ca.& Mod.in l.
vniuersa,C.de precib.Imper. offeren.moueor,quia ante litem
cont.est iudiciū inchoatum.Item ex parte iudicis & actoris dr̄
iudicium,vt sup.probaui.Ergo subest aliqđ iudiciū,qđ possit vi
tiari,s.principiū iudicij:& id succedit illud,quæ malo inchoata
sunt principio, vix est vt bono peragantur exitu , vt dicit text.
in §.sed non aliter, in Authē.vt iud.sine quoquo suffra.¶ Septi-
mò no.q ɔfessio facta ante litem cont.dr̄ facta in iudicio,l.vo-
luit,cū gl.ff.de interr.act.De hoc remitto me ad ea quę dicen-
tur in c.at si clerici ī prin.& ibi late Pan.col.2.& 5.].e.¶ Octa-
uò & vltimò nota etymologiam iudicij traditam in d.c. forus,
50 vel aliter,dic†q iudicium denominatur a iudice tanquam di-
gniori,& potentiori,secundū Bal.hic.Bene facit l.cum quęrit,
ff.de sta.hom.& quæ tradit Bar.in rub.ff.sol.mat.¶ Tertiò quæ
ro,quare dictum sit in rub.de iudicijs,& non de iudicio?r̄ndet
Pan.quia multiplex est iudicium.sunt qui dicunt,q solutio nō
tenet,quia dr̄ in ff.de no.ope.nun.& tamen multiplex est nun
ciatio,l.de pupillo,§.meminisse.ff.de nou.ope.nunc.Sed istud
parum ad propositum,potius enim tendit ad arguendum au-
thorem Digestorum,quam rationem Pan.& quia vnica tantū
est nunciatio,quæ tribus modis practicatur,vt dicit̃ in d.§.me-
minisse. Vel aliter dico, q habito respectu ad singulas species
iudiciorum rectè fuit dictum de iudicijs: habito verò respectu
ad ipsum genus,rectè etiam fuisset intitulatum de iudicio , ca-
51 piendo iudicium in genere.Nam †posito genere,posita ēt dici
tur qualibet eius species,l.si quid earum, §. inter emptū,ff.de
leg.3.¶ Iuxta hoc quæro,quotuplex sit iudicium Pan.respōdet
triplicem esse iudiciorum subdiuisionem . Prima aliud crimi-
nale,aliud ciuile.esset hic vidēdum,[quomodo ciuile cognosca
tur a criminali,sed q a Abb.].ordine postposito examinat, ibi
reseruo.Secunda subdiuisio,aliud ordinarium, aliud extraordi
narium.aduerte hic,inquantum Abb.pro extraordinario iudi
cio alleg.tex.in c.nouit.j.eod.Videtur enim velle q iudicium
denūciationis iudicialis,de quo loquitur ille text.dicatur extra
ordinarium.istud videtur falsum,ſm Do.And.Basigna.hic,q a
in tali denunciatione proceditur ordinariè secundum Bart.in
extrauag.ad reprimendum,in verbo,de plano . Considera,q
videtur errare.primū in iudicio denunciationis iudicialis pro-
ceditur officio iudicis,vt tenēt omnes in d.c.nouit, per text.in
l.j.§.quod aūt,ff.de off.præfec.vrb. ergo contra ordinem iuris,
quo cauetur vt nemo agat sine actione , de quo statim dicam.
Præterea vt fatetur Pan.in d.c.nouit,pen.col.in iudicio denun
ciationis iudicialis non seruatur exactus ordo iudiciorum , er-
52 go &c.¶ †Quæro ergo qūo discernatur iudicium ordinarium
ab extraordinario.R̄ndeo dupliciter,ſm Bald.hic.omne iudi-
cium,in quo proceditur officio iudicis,dicitur extraordinariū,
ſm gl.in l.si sacco,ff.vt in poss.leg. in l.cum filiusfamilias,ff.si
cert.pet.vbi videas Alex.quæ fere omnia adducunt Mod. Ad
idem facit tex.cum glo.in l.salarium,ff.manda. in l.1.§.ex hoc
rescripto,ff.de ventre inspi.& tex.cum glo.in l.j.in princ. ff.de
admin. tut. Ratio conclusionis est, quia regulariter nemo ex-
peritur sine actione,l.si pupilli,§.videamus,ff.de nego.gest.vbi
ergo agitur ex officio sine actione, agitur contra regulas iuris,
ergo erit iudicium extraordinarium , vel secundum Bal.dicit̃
extraordinarium,quia ubi proceditur officio iudicis,nō atten-
53 duntur apices iuris.Secundò † respondeo,quòd vbicunq; pro-
ceditur seruato iuris ordine , siue seruatis regulis iuris, dicitur

iudicium ordinarium, vbi verò ecōtra proceditur , dicitur ex-
traordinarium,secundum Moder.hic,per tex. in l.in causæ,in
prin.ff.de minoribus.Hinc est priuilegiū ,[quia est priuata lex,
c.priuilegia,3.dist.dicitur ius extraordinariū,secundum Bald.
in l.pecuniam,per illum tex.C.de priuil.fisci . Tu verū aduer-
te,quòd tex.in d.l.in causæ,potius probat, q illud dicatur iudi
cium extraordinarium , quod in subsidium iure quodam spāli
intentatur,quod verò cōmuni iure exercetur,illud dicitur or-
54 dinarium.¶ †Quęro iuxta præmissa,an iudicium inquisitionis
dicatur ordinarium,vel extraordinarium . Super illo articulo
variæ sunt Doctorum sententiæ. Prima fuit opinio Innocē.in
c.cum oporteat,].de accusat. quòd sit iudicium extraordina-
rium.istam sequuntur Panor.& cōmuniter Cano.hic, sequun
tur etiam *communiter* Legistæ post Bart.in l.si maritus,§.si autē
exiens,ff.de adul Bald.Ang.Pau.de Cast.in l.1. C.de libe.& eo
rum lib.Bald.in l.1.§.initio,ff.de offic.pręfec.vrb.& in l.etiam,
C.de furt.Ang.in l.ea quidem,C.de accus. Et ante istos idē te-
net glos.in c.qm̄ contra falsam.].de proba.in c.multi, 2 q.3.in
cap.14.quæst.4.in cap.cum speciali,in versi.a iudice, de appel.
& in l.qui falsa,vel varia,ff.de testib. Et pro ista parte cōsuluę-
runt Cald.consil.1.sub rub.de accu.& consil.1.de pœn. Anch.
cons.111.incip.Plura.Fulg.cons.136.incip.In causa. & 107.Vi-
sis.& Cęp.cons.65.Super articulo. Pro ista parte adducitur pri
mò.illud dicitur iudicium extraordinarium,quod cōtra regu-
las iuris intentatur. Iudicium inquisitionis formatur contra iu
ris regulas,ergo erit extraordinarium.maior propositio fuit su
pra probata,minor sic ostenditur. Ad esse iudicij requiruntur
tres personæ,vt supra probaui, in iudicio inquisitionis nō sunt
nisi duæ.Item in iudicio inquisitionis proceditur lite non con
test.d.c.qualiter & quando.ergo contra ius, videlicet cōtra ti-
tulum].vt lite non contest.& quòd procedatur cōtra ordines
iuris,firmat Panor.in cap.exhibita,].co.& in c.cum clamor,].
de testi.Huic fundamēto r̄ndet primo loco Aret. quòd minor
ista propositio non est vera,quia in iudicio inquisitionis adest
fama loco accusationis. Secundò,quia non est bona cōsequen-
55 tia,proceditur lite non contest. ergo est extraordinariū. † Nā
in iudicio accusationis , vbi agitur ad pœnam citra relegatio-
nem,proceditur lite non contest.l.absentem,ff.de pœn.& l.ab-
sentem,C.de accusat.& tamen iudicium accusationis est ordi
narium:tamē Are.non probat istud vltimum , q iudicium ac-
cusationis,in quo proceditur lite non contest. dicatur ordina-
rium.imò ego dicam, q est extraordinarium, quia contra or-
dinem iuris.Secundò r̄ndet Dec. q licèt in iudicio inquisitio-
nis non procedatur cum tanto ordine, sicut in iudicio accusa-
tionis ordinario,tamen proceditur cū aliquo ordine: ergo de-
bet ēt dici ordinarium , quia plus & minus non inducūt diffe-
rentiam specificam,l.fin.ff.de fund.instru.Facit quod dicit Io.
de Ana.in cap.qualiter & quādo,j.].de accusa. col.5.vbi dicit,
quòd iudicium inquisitionis absolutè est ordinarium,sed com
paratiuè ad iudicium inquisitionis est extraordinariū. Ista so-
lutio Dec.cōtinet fallaciam, quia plus & minus in materia tan
tum non inducunt differentiam specificam , vt parua nauis,&
magna nauis.Ita loquitur d.l.fin. sed plus & minus in forma be
ne faciunt differentiam in specie, vt nauis & pelus, siue cōca.
Nam forma est illa , quæ dat esse rei,l.Iulianus, ff.si quis omis.
cau.testa.ergo vbi diuersa forma,ibi diuersa essentia. in propo
sito iudicium ordinarium,& extraordinarium differūt in for-
ma, ergo benè plus & minus facient talia iudicia differre spe-
cie . ¶ Secundò,posito,quòd non differant specie,non conclu-
dit solutio sua,ergo utrunque ordinariū dicitur,quia stant ista
simul,quòd vnum sit extraordinariū , & aliud ordinarium,ta-
men vtrunque iudicium,sicut scapha, & nauis,vtraque tamen
nauis.¶ Secundò principaliter facit.Iudicium,quod iudicis of-
ficio expeditur,dicitur extraordinarium. Iudicium inquisitio-
nis expeditur officio iudicis , ergo extraordinariū , maior fuit
supra probata:minor est uera.d.c.qualiter & quando,ergo con
clusio uerissima. Huic respondet subtiliter Dec. fallacia est in
maiori:nam illud,q dr̄ iudicium esse extraordinarium,qñ agi
tur officio iudicis, procedit quando agitur ad utilitatem priua
tam,tunc.n.offenditur regula l.si pupilli.§.uideamus, ff.de ne-
go.gest.Sed ubi agit̃ ad utilitatem publicā, ut delicta puniant̃,
dicitur agi ordinario iure,l.congruit,ff.de uff.præsid. ergo erit
ordinarium.¶ Tu aduerte, [quia fallacia est in sua responsione,
quia non sequitur,ordinario iure concessum est delicta puniri,
ergo iudicium est ordinarium, quia cōtra regulas iuris tale iu-
dicium ad puniēdum delicta concessum est . & istud].clarius
probabo.¶ Tertiò & vltimo ꝓ ista parte facit . illud dr̄ esse ex-
traordinarium,ius quod non competit,ubi est prouisum de or
56 dinario,d.l.in causæ, ff.de min ¶ †Iudicium inquisitionis ces-
sat,& non competit superueniēte accusatore,secundum Bart.
in d.§.si autem extraneus , ergo erit extraordinarium.¶ Huic
fundamento respōdent Mod.ut hic per eos.Vel aliter ego re-
spōdeo q l.in causæ,uult illud dici remediū extraordinarium,
quod a lege inducitur in defectū ordinarij nullo mō compe-
tentis,

tentis,uerū iudicium inquisitionis pōt intentari,& q. de iure sit
possibile reperire accusatorē,vt de se patet,ergo non erit extra
ordinarium.Et ita vides,q. fundamenta cōis sniæ de facili pos-
sunt curari. ¶ Secunda principalis opinio fuit eiusdē Inn.sibi cō
trarij in c.dilecto,ꝭ.de sent.exc.quod sit iudicium ordinarium.
& istam tenent Io.And.in c.2.de rescript.lib.6.Guil.de Cun.&
Alb.in l.ea quidem,C.de accus.potissimum fundamentum est
huiusmodi.Iudicium inquisitionis est a iure introductū, & ha-
bet certum & determinatum ordinem procedēdi,d.c. qualiter
& quando,ergo erit ordinarium.Comprobant Mod.sic:onera
a lege introducta,dn̄r ordinaria,l.j.C.de uac.mun.l. omnes,C.
57 de anno.& trib.l.10.Tu dic clarius,†onera a lege introducta,q̄
habent certam,& determinatam pręstationem,etiam respectu
temporis dn̄r ordinaria , vt declarat Bar. in l j.col.5.C. de mu-
lier in quo loco.lib.11.Idem ergo dicendum in iudicio inquisi
tionis a lege inducto cum certo & determinato procedēdi or-
dine.Huic fundamento rn̄dent Barb. & Mod. quod assumptū
est falsum,nam restitutio in integ.est inuenta a lege toto tit.de
in integ.resti.ff.& C.& s̄.eo tit.& habet certum ordinum ꝓce-
58 dendi,l.3.§.si minor,ff.de iureiur.¶ Item denunciatio†Euange
lica est a lege introducta cum certa forma procedendi,c.nouit.
ꝭ.eod.Et tamen ista sunt iudicia extraordinaria. Ego respōdeo
clarius,q. licet in iudicio inquisitionis seruetur certus ordo,nō
tamen seruatur regularis ordo iudiciorum.& isto respectu dici
tur extraordinariū.Non ob.simile de oneribus , quia illa certa
59 forma pręstationis a lege inducta,non est contra regulares† ꝑ-
stationes,quinimò si per accidens cōtingat imponi aliqua one
ra contra ordinarias prestationes, talia onera dicuntur extraor
dinaria,vt concludunt Bar.& Ang.in d.l.& Bertach.in tract.de
gabel.in j.char.& Gem.cons.116.col.1.in nouis. ¶ Alia & secū-
da solutio accommodatur per quosdam Mod. dicētes,quòd ip
sa inquisitio est remedium ordinarium,quia a lege inuentum,
sed eius iudiciū est extraordinarium.Istam solutionē improbāt
Mod.quia iudicium dicitur ordinarium vel extraordinarium
considerato remedio intentato,l.cum filiusfamilias,, ff.si certū
peta.Mihi etiam displicet: quia qua ratione isti dicunt inquisi-
tionem esse remedium ordinarium,quia inuentum a iure,pari
etiam ratione compelluntur fateri eius iudicium esse ordina-
rium,quia inuentum a iure. ¶ Tertia fuit quorundam opin.fa-
centium differentiam inter ius ciuile & canonicum, & dicen-
tium q. de iure ciuili procedit cōmunis opi. quia de iure ciuili
non est concessa inquisitio indistinctè,sed solum in quibusdam
casibus,de quibus in l.2.§.si publico,ff.de adulter.De iure verò
canonico procedit contraria opi.q. sit ordinarium,quia eo iure
est concessa indistinctè inquisitio,c.inquisitionis,c.super his, &
d.c.qualiter & quando,de acc.Et istam opi.tenet Bal.in c.j.col.
1.s̄.de of.ord.& in c.super literis,vlt.char.s̄.de rescrip.& in l.ea
quidem,col.10.C.de accus.Et Card.Flor.in clem.sæpe,ad fi.de
verb.sign. ¶ Istam opi.Bal.impugnant Arc.& Mod.quia etiam
de iure canonico non permittitur nisi pręcedente fama,& sic
non regulariter:sed ex hoc non meruit Bal.reprehēdi,quia etsi
ad esse formandę inquisitionis requiratur fama loco accusatio
nis,non tn̄ sequitur quòd inquisitio non sit regulariter permis-
sa,nam accusatio non conceditur sine inscriptione,c.super his,
infra de accus.Et tamen omnes concedunt iudicium accusatio
nis esse ordinarium,alias sequeretur,q. in mundo nullum esset
remedium ordinarium:quia nihil est,quod sine forma cōceda
tur,quæ forma propterea non facit,q. actus non dicatur regula
riter permissus,vt probat tex.in l.j.C.de sacrosan.ecc.& in §.di
sponat,in Auth.de nupt iuncta l.hac ꝯsultissima,C.de testa.Ex
alio tn̄ uidetur,q. Bald.potuerit reprehendi, quia non est bona
cōsequentia,indistinctè ꝯceditur inquisitio,ergo est iudiciū or
dinariū,q.a l cēt cōcedat indistinctè,conceditur ꝯ regularē or-
dinem iudiciorū.Ite tenet ꝯria, indistinctè non conceditur,er-
go est extraordinarium.patet,accusatio furti indistinctè nō cō-
ceditur,l.nō debet.ff.de dolo.l.si quis uxori.ff.de fur. probat ti.
ff.rer.amot.& tn̄ nullus dicit,q. accusatio de furto, nō sit reme
dium ordinariū.¶ Tenendo cōem,limita dupliciter.Primò, ni
si per statutum indistinctè concederetur inquisitio: tūc esset iu
dicium ordinariū,ſm Bart.& Ang.in l.si maritus.§.si extraneꝰ,
ff.de adul.Tunc.n.quia ex statuto oritur cōdictio ex lege,& re-
gulariter cōceditur,vr̄ ordinariū.Et sequitur Bal.in d.c.super li
teris,vt in vlt.char.& Arc.hic.Tu verò aduerte, quia nō vr̄ ve-
ra per ea,quæ s̄.dixi.Secundo,q.a nō vr̄ uerū , q. oriatur condi-
ctio ex statuto,nam per actione non puniuntur delicta publica,
Inst.de pub.iud.in prin.Item vbi statutum dirigeret vedere, iu
dici, nō orıretur condictio,ſm Pan.in c.j.in fi.s̄.de of.iud. tradi
tur in l.si soror.C.de col.¶ Secundò vltra scribentes limita , q̄-
do in iudicio inqsitionis assisteret coadiutor,seu promotor , q
seipsum obtulisset liti spontè non coactus , tunc esset seruādus
ordo iuris & diceretur iudiciū ordinarium.istud colligo ex his
quæ dicit.Pan.in c.cum clamor,col.pen.ꝭ.de testa.¶ Tertia sub
diuisio iudiciorum.Aliud spirituale quādo de re spirituali agi-
tur,c.exhibita.ꝭ.eod.Aliud temporale,quādo de re temporali

disputatur,c.venerabilis.ꝭ.eo.Aliud mixtum,quando de re tē-
porali annexa spirituali disseritur.Sed an illud vltimum sit ve-
rum.s.q. sit dare iudicium mixtum inter temporale & spiritua
le dubitat Pan.Et propterea reuoco in dubiū, vtrum iudicium
60 †super iure pa tronatus dicatur mixtum.pro cuius veritate ha-
benda necesse est inuestigare,an ipsum iuspatronatus sit spiri-
tuale,an uerò tpale,an mixtū.Super quo puncto duę sunt prin
cipales opi.¶ Prima fuit opi.Goff.in summa huius tit.& d Ant.
hic,q. iuspatronatus sit sua origine spirituale . Et ista opin.erat
cōis tempore Abb.pro ista opi. adducam octo fundamenta &
totidem pro altera.Pro ista opi. arguitur primo sic,Denomina
tio potius est facienda ab ordinaria natura,quam ab accidenti.
l.3.de tute.c.requisisti,ꝭ.de testa.ius autem patronatus origino
61 est spirituale†,quia non potest uendi.ca quia clerici.c. de iure,
ꝭ.de iurepatr.ergo iudicium super iure patronatus erit spiritua
le attenta originaria natura rei,super qua fit iudicium.¶ Circa
istud fundamentum aduerte.Primo non videtur probari quod
iuspatronatus sit spirituale ex eo,quia vendi non possit,nam li
ber homo non potest vendi,toto tit.ff.& C.ad leg.Iul.pec.& ta
men liber homo,& iudicium super statu eius,non sunt spiritua
lia.patet,quia de statu hominis cognoscit laicus,l.quoties,C.de
iud.cum sim.¶ Secundò aduerte,in quantum Pan. reprehēdit
d.Ant.ea ratione,quia antequam ecclesia dispensaret cum lai-
cis,vt haberent iuspatronatus in ecclesijs,non erat ipsum ius in
rerum natura,ergo fuit originatum ſm eum cū qualitate tem
poralitatis.Ista consideratio ſm quosdam nō videtur vera.pri-
mò,quia nū probabitur lege,nec ratione.ergo erubescimus cū
sine lege loquimur,l.illam,C.de colla.Secundò , quia antequā
dispensaretur cum laicis,erat cōcessum iuspatronatus clericis.
Allegant isti tex.pro hoc in c.3.ꝭ.de iurepat.quia nihil penitus
facit.Et ideo proprio ligone isti sunt feriēdi,quia ipsi, nec legē
nec rationem pariter adducunt.Ego teneo,q. cōsideratio Pan.
in hoc sit vera.probo,ab eadem potentia causæ debet par effe-
ctus procedere.l.si socer,in fi.ff.sol.mat.per quam ita dicit Bal.
in l.ꝯuenticula.C.de epis.& cler.Causa autem productiua iuris
patronatus fuit,vt homines allicerentur ad fundandum,dotan
dum,& cōstruēdum,ecclesias,ſm gl.in c.cum dilecti, in gl.ma
gna,ꝭ.de iurepat.quę causa est proportionabilis,& ęqualis tam
in laicis quam in clericis.Ergo concludendū, q. vno & eodem
tempore iuspatro.fuit concessum,tam laicis q̄ clericis.¶ Secun
62 dù,†iuspatronatus est concessum laicis de gratia,c.6.de iurepa.
ergo non est temporale:quia si esset tēporale, fuisset cōcessum
de iure.Sol.tenet ꝯria,est concessum de gratia,ergo non est tē
porale,sed nō sequitur,ergo est spirituale.quia si dicamus, q. sit
annexum spiritualitati,erit concessum de gratia.sicut enim lai
ci non sunt de iure capaces spiritualium.c.sacrosancta.c.Messa
na.de elec.ita nec connexorum.c.quanto.ꝭ.eod.¶ Tertio,quæ
religiosis adhęrent,religiosa sunt.l.quæ religiosis.ff.de rei uēdi
ca.Comprobatur.qui adhęret Deo,vnus spiritus est cum eo.c.
damnamꝰ,s̄.de sum.Trin.& fi.cath.c.debitum,ꝭ.de biga.Ita er
go iuspatronatus adhærens spiritualibus,erit spirituale. Sol.ex
mente gl.in d.l.quę religiosis. adhęrentia rei religiosæ , quorū
separatione res religiosa deterioratur,vel extinguitur, dicūtur
relig.osa,tanquam aliquod esse tribuant rei religiosę.Adhęren
tia verò rei religiosę,vel spirituali,quorum separatione res ipsa
religiosa melioraretur.non dn̄r religiosa.ita vult glo.ibi,ut pro
posito,sublato iure patronatus ab vna ecclesia,illa reducitur in
libertatem,secundum Pan.in c.querelam,s̄.de elec.ergo iuspa
63 tronatus tanquam adhęrens nō erit spirituale. ¶ †Quartò facit
in spiritualibus non est licita transactio.c.super eo,de trans. su-
per iurepatronatus:non etiam licet trāsigere, c.propterea,eo.
tit.ergo iuspatronatus est spirituale.Solutio, falsa est ista conse
quentia.Nam super adulterio non licet transigere.l. trāsigere.
64 C.de transac.tamen adulterium non est spirituale.¶ † Quinto
facit.in temporalibus nō cadit simonia,secundum Pan.in rub.
65 infra de simo.& Bart.in l.1.ff.ad leg.Iulian.de amb.verùm† su-
per iurepatronatus cadit simonia,c.veniens,& ibi no.Pan.in f.
de test.glo.in summa.1.q.1.ergo est spirituale.¶ Sextò facit,cau
sa iurispatronatus est summaria,quia adhęret spirituali , cle.di-
spēdiosam,de iud.ergo vr̄,q. etiam dicatur spiritualis.¶ Ad ista
duo rn̄deas,q. si dicamus iuspatronatus esse annexū,sequentur
suprascripti effectus,quia in annexis spūalib.cadet simonia , &
causa erit summaria.d.c.quanto.& q. in annexis spiritualib.ca-
66 dat etiam simonia,probatur † in iure sepulchrorum cadit etiā
simonia,ſm Rom.cons.369. & tamen ius sepulchorum dicitur
annexum spiritualitati,vt no.gl.in d c.quāto . ¶ Septimò facit,
secundum An.Sicu.hic qualitas effectus demōstrat qualitatem
causæ producentis,l.quod si nolit.§.qui mācipia.ff.de ędil.edi.
Sed sic est,q. iuspatronatus est causa productiua electionis.c.2.
in verbo,eligunt,& c.a nobis.de iurepat.quę electio est spiritua
lis,c.Messana.s̄.de elec.ergo & ipsum iuspatronatꝰ erit spiritua
le.Solut.minor est falsa,vt patet ex his quę scribit Pan.in d.c.2.
¶ Octauò & vltimò ego arguo sic, propter quod vnumquodq;
tale,& illud magis,auct.multo magis,C.de sac.sanct.Sed sic est
quòd

quòd medio iurispatronatus causatur institutio, q̃ est spiritua-
lis,c.1.& c.auctoritate.j.de instit. ergo & ipsum iuspatronatus
erit spirituale. Facit simile,medio ignis causat calor,ergo ignis
magis calet,quòd autem iuspatronatus causet institutionem,
ꝓbat in c. decernimus.16.q.7.vbi dicitur, quod sine p̃sentatio
ne patroni institutio nõ valet. Solutio.regula authẽ. multò ma
gis,procedit qñ aliquid est tale immediatè, & nullo extrinsec⁹
considerato,ꝑꝑ qđ vnũquodq; tale,& illud magis.& ita proce-
dit exemplum de igne. Sed secus est, quando est tale mediatè,
& aliquo extrinsecus cõsiderato,vt est institutio , quę causatur
immediatè ab episcopo,medio tamen pręsentationis. Tolle ẽt
exemplũ.tu studes,quia pater te generauit.ergo pater tuus stu
det.non valet consequentia,quia alia extrinsecus requiruntur,
quam pater.¶ Secunda fuit opinio Pan.& sequacium, q̃ iuspa-
tronatus origine sit temporale annexum spiritualitati,& q̃ iu-
dicium super iurepatronatus dicatur mixtum. Circa istam opi.
sunt videnda tria. Primò,quare dicatur annexum. Secũdò, qua
re mixtum. Tertiò,vtrum fundamenta huius opi. sint vera. Cir-
ca primũ do. Ant,hic,& in d.c. quanto,rñdet,q̃ dicitur annexũ
ꝑꝑ accidens,quia fuit cõicatũ laicis. Ista ratio est falsa,quia se-
queretur q̃ iuspatronatus concessum clericis,non diceretur an
nexũ,qđ est manifestè falsũ,d.c.quãto. Pręterea eisdẽ rõnibus
ꝯfundit ista ratio,quib.fuit improbata opinio principalis eius-
dem d. Antonij. ¶ Secũda ratio assignatur per Pan.hic,quia ius-
patronatus parat viam ad obtinendam institutionem spiritua
lem.c.quod autem , de iurepatronatus. Ista ratio reprehẽditur
per quosdã Mod.hic,quia est ipsa praesentatio, quę parat viam.
& aliud est pręsentatio,& aliud iuspatronatus,c.consultationi-
bus,de iurepat. Tu defende rationem Pan.& dicas, quòd iuspa
tronatus producit istum fructũ, qui appellatur pręsentatio.d.
c.consultationibus. Et sic iuspatronatus medio praesentationis
parat viam ad institutionem,sicut obligatio medio actionis pa
rat nobis viam ad consecutionem debiti, Inst.de oblig.in prin.
¶ Secundò habes ex ista ratione notare,q̃ pręparatoria & prae-
parata dicuntur cõnexa.pro quo notabili videas consiliũ Alex.
67 63.quod incipit, Circa primum,col.fi.in j.vol.¶ † Circa secun-
dum,quare dicatur mixtum,respondet Pan. quia participat de
spiritualitate & temporalitate , nec magis accedit ad alterum
extremorum. Tu aduerte,quia in iure non reperitur tex. qui di
cat iuspatronatus esse mixtum,secundum Car.in rub.j.de iure
patrona. Secundò aduerte,quia si participaret de spiritualitate
non dẽret dici mixtum,quia natura spiritualitatis est , quòd to
tum ad se trahat:& sic tota in toto, & tota in qualibet parte to-
tius.c.1.de cõsecr.eccl.vel alia.vnde melius apparet annexum,
quam mixtum. ¶ Circa tertium adducitur primò per Pan.tale
fundamentum,per praesentationem patroni nullum ius acqui
ritur praesentato. c.cum autem.c.quod autem.c.pastoralis. inf.
de iurepatro.ergo nõ est spirituale. Circa istud fundamentum
aduerte ad quatuor.primò,quia tex.i c.quod autem,non pro-
bat. licet enim dicat negotiũ per praesentationẽ inchoari, non
tamen aperit verũ tale iudicium dicatur spirituale vel tempo
rale: imò uidet probare,q̃ sit spirituale,ſm Moder. arg.l.ora-
68 tio.ff.de spons. Tu confirma,q̃ †idem iudicamus de re destina
ta ad actũ.quod de ipso actu.l.4. ff.de fundo dota. & quia si fi-
nis est spiritualis,ergo etiã principium.nec dicamus , q̃ vnum
totũ integrale,qđ constat ex principio,medio, & fine,censea-
tur diuerso iure,cõtra regulam l.eum,qui aedes.ff.de usucap.&
c.maiorib.j.de praeben. ¶ Secũdò aduerte,quia tex.in c. cũ au
tem,nõ uidetur bene induci per Pan.quia uidetur,q̃ si non li-
cẽt uariare , seu melius accumulare , q̃ cẽseretur ius acquisitũ
praesentato.istud est euidenter falsum, nã clericis patronis nõ
licẽt uariare.d.c.cum autẽ. Item patrono laico, q̃ scienter prę-
sentauit indignum,nõ licẽt alium accumulare, secũdum Pan.
in c.cum vos.s.de offic.ordi. Itẽ patrono laico iurãti in prima
pręsentatione de nõ variando,nõ licẽt accumulare , secũdum
Lapum,allega.78.col.4.& Pau.de Cast.cõs.62.incip. Venerabi
lis vir.col.2.& sensit Bart.in sui generalitate,i l.omnes populi,
in 3.q.vet.circa tertium. ff.de iusti. & iu.licẽt Alex.cõs.16.in-
cip. Põderans,vol.3.teneat oppositum , quorũ opiniones alias
sic cõcordabam, ut opinio communis procedat, episcopo no
lente admittere secundã praesentationem , ne sit auctor periu
rij:opinio verò Alex. procedat si episcopus admiserit cumula
tionem,quia multa facta tenent,quę fieri nõ debebant,cap.ad
apostolicam. inf. de reg.l.patre furioso.ff.de his,q̃ sunt sui,vel
69 alie.iu.† Item si patronus praesentet secundum,& dicat se rece
dere omninò a praesentatione primi, nõ valet secunda praesen
tatio , secũdum Lapum in dicta allegatione 58.Et tamẽ in istis
casib.non acquiritur ius praesentato in beneficio. Tu salua Pan.
& dicas,q̃ voluit arguere a cõtrario hoc modo;nõ licet uaria-
re,ergo,nõ est acquisitum ius,a contrario vbi est acquisitũ ius
nõ licet variare.& istud bene verum est,vt no.in l.serui electio
ne,in princ.ff.de lega.j. & in l.apud Aufidiũ.ff.de opt.leg.non
autem voluit arguere,ergo vbi non licẽt variare,est acqsitum
ius.¶ Tertiò aduerte,quia nõ videtur verum,quod per pręsen
tationem non acquiritur aliquod ius. Et in contrarium est tex.
in c.dilectus.s.de of.deleg.& in c.cum Bertholdus.j. de re iud.
& ibi Pan.concludit,q̃ pręsentato , si solus est, acquiritur actio
contra Episcopum,vt eum instituat. Item ei acquiritur actio ad
70 expellendum †intrusum.si verò sint plures pręsentati, omnib⁹
acquiritur actio contra episcopũ,vt vnum ex eis instituat,arg.l.
cum quidam,ff.de leg.2. Fortius probat tex.i d.c. cum Berthol
dus. Praesentato, cuius praesentatio fuit reiecta,si sit idoneus,ac
quiritur actio contra episcopum,vt eum instituat,& illum tex.
ad hoc no.Bal.in Margarita sua,in versic.patronus , & Rota de
71 cis.212.inci. Secundum omnes,sub tit.de iurep. ¶ † Item praesẽ-
tato quem episcopus distulit instituere , competit actio contra
episcopum ad interesse.c.pastoralis ,& ibi not.Abb.j.de iurep.
Item vigore clausulae,si non est alteri ius acquisitum, excludit
impetrator, vbi aliquis est praesentatus,secũdum Rotam decis.
16.sub tit.de praeb.in nouis. Et ideo taciturnitas pręsentationis
vitiat rescriptum,ad beneficia secundũ Fel.in cap.in nostra, co
rollario 28.s.de rescrip. Sol.per praesentationem nullum ius ac
quiritur.s.in beneficio,seu in re.ita loquitur Pan.hic.quod etiã
ostendit illud verbum,spirituale,de quo per Abb. Praesentatio
72 †enim non tribuit ius respectu tituli,vt etiam dicit Abb.in d.c.
pastoralis,col.j.sed ad rem.idest ad petendum se instituti,bñ ac
quiritur ius.& ita loquuntur praeallegata, q̃ etiam firmat Abb.
in d.c.dilectus,& in c.quoniam,i 10.q. j.de iurep.& Lap.alleg.
8.incip. Pręsentatus. Et ideo dicebat Cald.cons.9.super tub.de
73 iurepat. †quòd per pręsentationem contrahuntur sponsalia de
futuro,q̃ tamen procedit accedente consensu praesentati,aliàs
non l.2.ff.de spons.& sequitur Cald.cons.17.incip. Pręsentato,
sub eo.tit.de iurep. Et seruñt,quę cumulat Cur. cons.65.col.4.
¶ Quartò aduerte, quia dato quòd non sit acquisitum aliquod
ius praesentato in beneficio,non tamen.rectè infert, ergo iuspa
tronatus sua origine nõ est spirituale. Ita mordet Dec.Pan. nõ
tamen istud aliqua ratione probat. Ego autem probo illationẽ
hãc fore falsam,per tex.in c.si tibi absenti,de prębend.in 6.vbi
per collationem factam absenti nullum ius acquiritur in bene-
ficio,& tamen collatio est spiritualis.imò etiam si per pręsenta
tionem non esset acquisitum ius ad rem , etiam no teneret illa
tio Pan. Nam per postulationem non acquiritur ius etiam ad
rem,quia postulatio innititur gratiae.c.j.& ibi gl.de postul. Prę
lato.in 6.& tamen postulatio saltem solẽnis videtur actus spiri
tualis,c.le.dispẽdiosam,de iud.¶ Vltra Pan. pro ista parte Aret.
adducit tria fundamenta , quę effectualiter non sunt nisi duo.
74 ¶ † Primò sic,iuspatronatus possidetur a laicis.c.ꝯsultationibus
de iurep.ergo non est spirituale,quia spiritualia non dñr possi
deri a laicis,sed detineri,c.cum apostolica,& ibi no.d.Ant. j.de
his,q̃ fiũt a p̃la. Huic argõ rñdet Dec.tripl̃r. Primò, q̃ nõ est ve
rũ,q̃ iuspatro.possit possideri a laicis indistinctè , sed solũ a pa-
tronis,& de grã.ista rñsio nõ satisfacit,quia nõ eneruat vim ar-
gumẽti. Stat.n. verum argm̃ adhuc in oib. patronis laicis.¶ Se-
cundò,q̃ a ẽt concessum est iuspatro.possideri ab oib.laicis indi
stinctè, Nec ob.q̃ rõ cõcessionis,vt excitent laici ad fundandũ
& dotãdũ ecclesias,de qua per gl.in c.cũ dilectus , de iurepatr.
solũ militet in patronis;quia verũ est,anteq̃ ecclesia sit funda-
ta & dotata.& sic añ constitutũ iuspatronatus,sed postq̃ iuspa-
tronatus est creatũ,tunc postea a quocunq; laico possideri põt.
ca.j.cum seculum.ca.ex literis.j.de iurepatr. Et quia ius semel
75 † effectũ laicale, dẽt perpetuò durare laicale.l. pater.§.11.ff.de
leg.3. Secundò rñdet,q̃ in d.c.consultationib.verbũ possidere,
dẽt exponi.i.detinere,vt in l.stipulatio ista.§.haec quoque.ff.de
verb.obl.ista secunda solutio est peior prima. Nam ad detenta
torẽ,vt est creditor habens cũ vniuersitate iuspatr.in pignore.
76 Itẽ ad sequestrũ detentatorẽ†non spectat praesentatio.ca. cum
Bertholdus,de re iud.no.Abb.in c.examinata.j.eo.ergo dũ dr̃
77 in d.c.consultationibus,q̃ †ad possessorẽ spectat ius pręsentan-
di,dẽt intelligi de verò possessore,& non de detentatore. Prae-
terea detentatores non faciunt fructus ẽt consumptos suos.l.j.
C.de pac.pig.l.vt legatorũ.ff.ex quib.cau.in poss.eatur.& tñ dr̃
in d.ca.consultationibus,q̃ praesentatus a possessore institutus
nõ dẽt remoueri,quia ad bon.efidei possessorẽ spectant fructus
cõsumpti,vt traditur in c.grauis, j.de rest.spol. Tertiò soluit,q̃
78 ibi possessio ponitur impropriè,†quia incorporalia nõ possunt
possideri.l.seruus.§.incorporales.ff.de acqu.rer.dom. istud ni-
hil facit ad rhõbũ,quia incorporalia quasi possident.l.3.in prin.
ff.de acq.posses. Et de ista quasi posses.loquitur ille tex.vnde fa
teor,quod in iurepatronatus non est illa vera possessio, quę ca
dit in corporalibus,tamen est illa vera possessio , quae cadit in
79 iuribus incorporalibus.¶ Secundò†Aret. adducit. iuspatr. po-
test pręscribi.c.querelam,de electio.ergo non est spũale , quia
spiritualia non pñt pręscribi.c.cãni quę.j.de rescri.soluit. Dec.
q̃ assumptum est falsum.nõ.n.iuspatronatus põt praescribi, ſm
eum. Allegat Arch.ita tenere in c.hortamur,71.dist.& Pan. in
d.ca.querelam,& in disputa.sua incip. Augerio. Ista ratio non
est admittenda,qa cõis opi. est , q̃ possit praescribi,& istã dicit
cõem Fel.in d.c.causam quae,& in suo tracta.qñ literae apos to

licae

[illegible] no[illegible] et patronis, vbi dicit, ita tenendũ in iudicãdo & con
sulen lo. & ita cõsuluit Gem in cons. 12 [illegible] & istam dicit cõem
[illegible] Dec. con 117 vbi respondet o[illegible] fundamentis cõ-
trijs. & idem con. 124. [illegible] & 134 Ego [illegible] tamẽ, ꝑ ledere distin-
[illegible] sunt cõco[illegible] opi. videlicet, vt [illegible] procedat in ꝑ-
[illegible] patroni: contraria vero procedat in ꝑiudiciu ec
[illegible] non erat datronata: ita est de mẽte Io. And. in c. q̃d
alicui, [illegible] g. tit. 16. [illegible] Alc. cons 75. incip. Visis, in li. vol. 4. &
ta[illegible] volunt A[illegible] hic, & sẽtit Spec. in tit. de iurepa. i [illegible] &
Gem. in c. j. ad [illegible] de in [illegible] in 6. quod nota diligẽter, quia pra
cticantes indistin[illegible] obseruãt cõem opi. & male. vnde secũdo
lo[illegible] Dec. forte sentien[illegible] suprascriptas solutiones suas [illegible] eua-
cu[illegible] ter ad omnia fundamenta respõdet, q̃ laici de gra
ti[illegible] priuilegio possident, & prescribũt iuspatronat⁹. ergo
[illegible] in [illegible], quod non est temporale. Ista responsio ẽt non
co[illegible] menta, quia temporalia annexa spiritualibus dicun-
80 tur co[illegible] de gratia, d. c. quãto, & supradix. ❡ Quantò† a[illegible]
Dec. iu[illegible] natus dicitur annexũ, d. c. quanto, ergo nõ est spi
rituale, quia id quod annectitur, diuersum est ab eo, cui [illegible]
g[illegible] arg. [illegible] quod Neruia. ff. dep & c. fi. f. de inst. Et re vera istud
est fundamẽtum Abb. hic, si rectè cõsideres. Tu ad [illegible] te, quia
pot[illegible] ret[illegible] queri, si dicamus q̃ id, q̃d annectitur spiritualibus
effi[illegible] tur totum spirituale. c. quod in dubijs, de consec. eccles.
ve[illegible] ita. defendendo communem põt dici, q̃ ea, quæ annex[illegible]
tu[illegible] spiritualibus per cõfusionem, illa efficiuntur spiritualia. ita
proced[illegible] in d. c. j. Ea verò, quę annectuntur per [illegible]
ad [illegible] am, ita quòd vnum possit secerni ab altero, non effi
ciunt [illegible] rualia, ita procedit tex. in d. c. quãto. Et [illegible] cõmu-
ni [illegible] io, pro qua distinctione est tex. in l. idem Pompeni⁹,
81 alias [illegible] t, In rem. §. idem [illegible] ff. de rei [illegible] ❡ Se[illegible] pro
ista par[illegible] facit. de iurepatronatus potest cõpromitti in laicum,
sm̃ D[illegible] & Card. in c. j. in §. cęteris, [illegible] in 6. &
[illegible] om. Dec. in c. examinata, inf. a[illegible] confir. vti. vel inu
t[illegible] iam tex. & in d. c. quanto. in [illegible] laici sunt capa[illegible] es
iurispatronatus, e[illegible] go iuspatronatus non est spirituale, quia de
spi[illegible] ibus nõ potest [illegible] compromissum. c. cõtingit. [illegible]
A[illegible] ud respon[illegible] deo negando, quod de iurepatro[illegible] tatis possit
fieri [illegible] in laicum. Illud [illegible] bo[illegible] x duobus. Primò
per t[illegible] in d. c. [illegible] arguendi de iudi[illegible] ad arbitrum. nam
ab[illegible], qui[illegible] cus non potest esse iudex de iurepatro[illegible] na-
tu[illegible] et n[illegible], qui etiam dicũtur iudi[illegible] es. e. a iudicib.
2. [illegible] probo, quia is demum potest compromittere,
qu[illegible] de [illegible] bere d[illegible] nere. c. cũ tempore, ex[illegible] o. Abb.
c[illegible] up. [illegible] & latiu[illegible] per d. Ias. in suo tra. [illegible] de iure emphy.
[illegible] est [illegible] in tit. de iure emphyt. C. vbi per istam
[illegible] quod vasallus & emphyteuta nõ possunt con-
[illegible] emphyteusi, sine licẽtia domini. Et
[illegible] Mar. Lau[illegible] en. in tractatu P[illegible] vers. 251. vbi tenet
quod Dux & C[illegible] mes non possunt cõpromittere de Ducatu,
& C[illegible] mitatu sine licentia superioris: & ideo dicitur regula, q̃
non est alien[illegible] bile, non est compromissibile. l. nulli. ff. de trãsa.
comprobat Dec. cons. 44. col. 2. ergo patroni non potetunt cũ
p[illegible] omittere super iurepatronatus, quia non possunt de illo di-
sp[illegible] re. vendere non possũt. c. de iure, inf. de iurepatr. dona-
r[illegible] non possunt sine licentia episcopi. c. illi[illegible], eo. tit. Et ita tenẽ
do n[illegible] tex. in d. c. examinata, quia erat persona ecclesiasti
c[illegible] calu[illegible] o, in quem erat factum cõpromissum, vt ibi tenẽt
d. Ant. & Pan. & Fel. & in d. c. quanto. Et si dixeris, attẽto defe-
ctu potest[illegible] ex parte patronorum, non etiam potuisset fieri
compromi[illegible] um in ecclesiasticum. Respõdeo, quod ibi interue
nerat cõsensus episcopi & [illegible] plices, istud est di[illegible] nare. Tripli
cabo, quòd ibi solum disputatur de effectu confirmationis Põ-
tinci, & pręsupponitur compromissum valere. vnde succedit
regula. c. 4. de ętate & qua[illegible] it. ur 7. quæ est talis, vbi de vno tñ
disputatur, cętera pręsu[illegible] untur habilia. Minus obstat, dum
dicitur quod laici sunt ca[illegible] iurispatronatus, quia verum est
quãtum ad effectum, vt possint præsentare, & de gratia. e. 3. de
iurepat. quæ gratia non debet extendi, vt possint de eã iuris-
patronatus cogno[illegible] e, reg. quod ob[illegible] tatum de reg. iur. & q̃a
p[illegible] est de interpretanda. c. sane, & c. porrò, inst. de
priuil. Et si ista ratio [illegible] pacitatis operaretur, quod laici possint
esse a[illegible], eadem ratione dicendũ esset, quod possint esse iu
dices. co[illegible] sequens est falsum. d. c. quãto, ergo & antecedens, ar
guend[illegible] consequenti destructo, quod est optimum argumẽ-
tum. l. apud antiquos. C. de fur. l. si ego. § partus. ff. de pub. facit
quia si sit priuilegium concessum inferioribus citra episcopũ,
vt possint ꝯferre bñficia, tales non poterunt vigore dicti priui
legij cognoscere de aliqua causa emergenti super eorum col-
la[illegible] onibus, secundum Panorm. in c. 4. ad fin. intra de rest. spol.
82 ❡ Septimò Fel. in d. cap. quanto, adducit aliud fundamẽtum.
Im[illegible] ator potest legitimare naturales ad iuspatronatus, secũ-
[illegible] 10 & [illegible] c. 10. distin. ergo iuspatronatus nõ est spi-
[illegible] non habet potestatem legitimandi, ad
[illegible] gl. in c. lege, ca. distinct. 10. Pan. post alios

in c. per venerabilem, inf. qui filij sint legit. & quod Imperator
possit legitimare ad iuspatronatus, concludit Bal. cõs. 382. vol.
1. Pro responsione aduerte ad du[illegible]. Primò, quia absq. legitima
tion[illegible] videtur, quòd illegitimi sint capaces iurispatronatus, nã
meretrix potest acquirere iuspatronatus, secundum gl. in c. nõ
est pudenda. j. q. j. & Pan. in c. ex transmissa, inf. de dec. Et re-
perio, q̃ ita tenet pręceptor meus do. Rochus de Curte, nunc
Senator Mediolani meritissimus, in tractatu suo de iurepatro.
83 in verbo, competens, in 2. q. ❡ † Secundò, posito quòd non sint
capaces, aduerte: quia possumus respondere, quod istud dictũ
Dom. & sequacium, non est verum, & in specie cõtrarium te-
net dom. Philip. Simoneta in d. c. quanto, in addit. ad Felinum.
motus subtili fundamento, vt ibi per eum: quod tamen funda-
mentum non videtur tutum, quia *cõis* opinio est, quòd † Impe
84 rator possit legitimare nemini citato, per text. in l. 2. ff. de nat.
rest. Et istam dicit communem Ias. in l. Gallus. §. & quid si tñ.
ff. de lib & posthum. Ex alio tamen non videtur verũ, quia Im
perator non potest legitimare ad emphyteusim ecclesiasticã
secun[illegible] m Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de instit. & substitu. nec
qu[illegible] l feuda ecclesiastica, vt no. i c. j. §. naturales, si de feu. fue.
cont[illegible] inter do. & agn. valal. & per Curt. cons. 13. incipiẽ. Sta-
tuto [illegible] tatis tamen, col. j. Ergo a fortiori nõ poterit legitima
85 re ad iuspatronatus, quia plus † iuris habent laici in emphyteu
si ecclesiastica concessa sibi pro suo, & quibus dederit, quo ca
su [illegible] unt illam emphyteusim vendere seruata solemnitate l.
fina. C. de iure emphyt. secundum Ias. ibi. column. 2. Et tamẽ pa
troni non possunt vendere iuspatronatus. d. cap. de iure. Item
feudum, & emphyteusis nil habent spiritualitatis, ius autẽ pa-
tronatus est annexum spiritualitati. d. c. quanto. Si ergo Impe-
rator non potest in præiudicium ecclesiæ legitimare ad id, q̃
est minus non poterit ad id, quod est plus, cap. cum in cunctis,
in princ. supra de elect. Et si dixeris, vtile est ecclesię, vt legiti-
mati ab Imperatore possint fundare, & dotare ecclesias. Rñ-
deo, quòd in ista materia potestatis imperialis non considera-
tur [illegible] lit[illegible] s ecclesiæ. patet in emphyteusi ecclesiastica, quę nõ
potest [illegible] cedi sine vtilitate ecclesiæ, ca. sine exceptiones. 12. q.
2. & tamen ad illam non potest Imperator legitimare. Item so
queretur, quod attenta vtilitate ecclesiæ deberet ẽt posse legi
timare ad spiritualia, cuius contrarium est verius, vt supra dixi.
Item [illegible] fac ratio vtilitatis in iure patron. creato, quia damno-
sum est ecclesiæ, vt possit legitimatus præscribere iuspatrona-
86 tus, vel [illegible] tit. illud acquirere. ❡ † Vltimò pro ista parte facit. i
spiritualibus non datur successio. cap. 1. & 2. infra de concessio.
præben. in iurepatro. cadit successio. c. j. c. cum seculum, inf. de
iurepatron. ergo non est spirituale. Soluunt Modern. quod in
iurepatron. cadit successio de gratia. ista solutio non valet p eã
87 quæ dixi, supra. in quarto fundamento. ❡ Quarta † iudiciorum
subdiuisio, aliud vniuersale, aliud generaliter, aliud singulare,
aliud cõe, vt declarat glo. & ibi Abb. in c. 2. infra de libel. obla.
glo. Bar. & Mod in d. l. j. ff. de eden. Spec. in tit. de iud. quasi per
totum. ❡ Quinta subdiuisio, aliud publicum, aliud priuatum, l.
j. ff. de publ. iud. & glo. in rub. Inst. de pub. iud. ❡ Sexta subdiui-
sio, aliud ordinarium, aliud summarium, vt habetur in clem. di
spendiosam, eodem tit. de iud. & in clem. sępe, de verborum si-
gnif. & per glo. magistralem in l. 3. §. sciẽdum. ff. de exhiben. ❡
prima sub[illegible] iuisio aliud principale, aliud incidens, aliud emer-
gens, secũdum gl. in l. de qua re. ff. de iudic. in l. quod iussit. ff.
de re iud. declarant melius Bar. in l. j. C. de ordin. cognit. & cla
rius Abb. in c. j. de ordin. cognit. ult. col. ❡ Octaua subdiuisio.
aliud simplex, aliud duplex. l. in tribus. ff. de iud. Ista tamẽ sub-
diuisio non videtur necessaria, quia expressa. supra in 4. aliud
88 singulare, aliud commune. ❡ † Nona, aliud diuinum, aliud hu-
manum. ca. si omnia. 5. q. 1. & iudicium istud diuinum semper
æquum est & iustũ, & in eo reuidẽtur iudicia humana iniquè
peracta, c. cum æterni, de re iud. in 6. Et in iudicio diuino, veri
tas, quæ nunquam fallitur, omnia adhæret, c. a nobis, inf. de sẽ
ten. excomm. Et iudicium humanum debet quantum potest,
sequi diuinũ. c. tunc vera. 11. q. 3. & sępe a superiore accipit co
ronam, qui ab inferiore accipit sentẽtiam. ca. si ad tempus, ca.
causa, & q. & de isto iudicio diuino non loquitur nostra rubr.
89 ❡ Vltima † subdiuisio. aliud cõfessionis, aliud ecclesię, aliud ꝯ-
scientiæ, vt per Arch. in c. aliorũ. 10. q. vlt. Et nota, quòd in iu-
dicio conscientiæ vna & eadem persona est iudex, actor, reus,
& testis. l. fin. C. de fideicom. & in iudicio conscientiæ nun[illegible]
habet locum misericordia, quia cõscientia nemini parcit, iux-
ta illud Saty.

Prima est hæc vltio, quòd se.
Iudice nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Et econuerso. Iudicium perfectę conscientiæ inquit, gloria
mea hæc est, testimonium conscientiæ meæ. ❡ Quid enim? i
nõ omnes laudant, & conscientia nos liberos esse demonstrat,
secundum Pau. ad Corinth. 2. transumptiuè in ca. inter verba,
11. q. 3. vnde illud.

Conscia

Conscias mens recti famæ mendacia ridet.

Et ideo Bal. hic diffinit conscientiã hoc modo, côscientia est
mẽtis qualitas se ipsã diiudicans. Alias diffinitiones conscien-
90 tiæ ponit Ias. i §. sed istæ, col. 19. Inst. de act. ¶ †Circa ẽt quæstio
nẽ, de qua se remittit Pan. an iudiciũ super possessorio rei spi-
ritualis dicatur spirituale vel temporale; non instabo, sed etiã
remissiuè loquar. Côis conclusio est, q dicatur tẽporale, & ita
tenẽt gl. Abb. & alij in c. literas. j. de resti. spol. Io. And & Cano.
côiter in c. ij. j. eod. Et istud obseruant benè parlamenta Frãciæ
in omni possessorio excepto possessorio adipiscendæ, ita decla
rat do. Gui. Papæ decisio. sua 1. & vtrũ procedat in possessorio
retinẽdæ, videas eundem decis. 85. quæ incipit, Curia parlamẽ
ti. vbi ɔcludit q sic. Et ideo habes in fine, quòd corã laico ad-
mittendi sunt articuli respicientes petitorium, & titulũ bene-
ficij pro corroboratione possessorij iudicij, vt per eũdem dec.
91 71. quæ incipit, Iudex laicus. ¶ †Successiuè quæro, quomodo di
scernatur iudiciũ criminale a iudicio ciuili: ista est vtilis inue-
stigatio. Abb. hic latè examinat. ego omissa relatione, & discus
sione opinio. (quia cẽseo me incusari, q nimium immorer in
ista rub.) adhærendo communi opi. elicio ex scriptis omniũ cô
92 clusionem bimembrem. ¶ †Criminale iudicium dicitur, cuius
finis est interesse publicum est vindicta veluti consequẽdum.
Ciuile verò dr̃, cuius finis est interesse priuatum ẽt ex pœna de
licti nõ corporea ɔsequendũ, vel cuius finis est interesse publi
cũ alia ex cã, q̃ ex vindicta delicti consequendũ. ¶ Pro ista con
clusione habetis gl. Bar. & côiter Legistas i l. 3. ff. de sepul. viol.
gl. in l. aut damnum in prin. ff. de pen. gl. in l. j. & ibi Alb. & Sal.
C. de rap. virg. gl. in l. fi. ff. de priua. del. Cy. & Bal. in l. si quis per
calũniã. C. de episc. & cler. Imo. i rub. ff. de pub. iud. Alex. d. Ias.
& *côiter* scribentes in rub. C. eo. & do. Lãcel. Dec. in rub. ff. eod.
Inn. in c. qualiter & qñ, el 2. j. de accu. Abb. in c. veniẽs. col. 3. j.
de accu. d. Ant. & côiter Canonistæ hic, Do. Sig. de Hemod.
cons. 244. inc. Quia per ipsum Rom. cons. 152. inci. Præsens ac-
cusatio. Alex. cons. 132. incip. Super primo dub. in 2. par. funda-
mentum huius côclusionis stat in §. in summa, Instit. de iniur.
Ad idem tex. in c. quinque. 11. q. 1. iuncta gl. in verbo, publicet.
Et no. quod addidi in descriptione iudicij criminalis, illa ver-
93 ba, †ex vindicta delicti côsequẽdũ. timore contrarij formati p
Bal. in d. l. 3. ff. de sepul. vio. & excludam. s. fiscũ agentẽ petitio
ne hereditatis, vel alia actione ciuili, quo casu iudicium dicitur
ciuile: licèt agatur ad publicam vtilitatem. l. j. & l. deferre. ff. de
iure fisci. ¶ Itẽ addidi in descriptione iudicii ciuilis illa verba,
vel cuius finis est interesse publicum, &c. timore contrarij, q
posset formari de syndico ciuitatis agente ex contractu ciuita-
tis, vt in toto tit. ff. quod cuiusq; vniuersita. nomine. ¶ Contra
istã ɔclusionẽ do. Abb adducit fundamentum fortissimum in
c. per tuas, j. de simo. vbi agitur, vt prælatus remoueatur a bñfi
cio, & sic pœna non applicatur parti, & tamẽ iudicium dicitur
94 ciuile. ¶ †Super isto tex. insudarunt Doct. vsque ad ista tempo
ra. A et. hic respondet dupliciter, q ille text. loquitur in tertia
specie. s. quãdo pœna non applicatur neq; parti, neque fisco. Et
ita ẽt respondet Doctor meus in rub. C. & ante istos ita respõ-
det Abb. in c. ex parte A. i gl. 2. j. de test. Adducũt simile, si aga
tur contra tutorem, vt remoueatur a tutela, causa est ciuilis: si
verò agatur, vt puniatur causa dicitur criminalis, sm Bar. i l. 1.
§. sciendũ, ff. de suspe. tuto. & in l. non solum. §. fi. ff. de proc. Ista
solutio non placet, quia vult, q si pœna non applicetur neque
parti, neq; fisco, q causa dr̃ ciuilis, nam confunditur per illum
tex. vbi si agatur, vt prælatus ab ordine remoueatur, cã dicitur
criminalis, & tamen pœna non applicatur parti, neq; fisco. Et
simile non obstat, quia si agitur, vt tutor remoueatur, dr̃ agi ad
priuatam vtilitatem pupilli, non sic qñ agitur vt prælatus re-
moueatur ab ecclesia. Itẽ si agatur vt tutor puniatur pœna, quæ
applicatur fisco, sm gl. in d. l. j & in l. 3. ff. de suspe. tut. No sic qn
agitur vt prælatus deponatur ab ordinibus. Secundò respõdet
Are. q illud verbũ, ciuiliter, debet exponi non ita seuere, vtro
que tamen casu iudicium erit criminale. Ista etiam solutio nõ
satisfacit. primò violat litteram. secũdò illa aduersatiua, sed ci-
uiliter, sine copula, denotat diuersitatẽ in iure. l. mariro. ff. ad l.
Iul de adul. & tñ isto casu nulla esset diuersitas in iure in mo-
do agendi, si vtroq; casu diceretur agi criminaliter. Tertiò ver
bum, ciuiliter, ibi ponitur respectiuè ad verbũ, criminaliter, nõ
autem respectiuè ad rigorem. Tertia solutio accõmodatur per
quosdã Mod. q ibi dicatur ciuiliter agi, quia nõ agebatur prin
cipaliter de crimine, sed in consequẽtiam. Principaliter enim
agebatur, vt deponeretur Abbas ab administratione, & p cau
sa adducebantur varia crimina contra Abbatem. Et sic volunt
isti, q conclusio procedat, vbi principaliter agitur ad delictũ,
secus si principaliter agatur ad aliud, & in consequentiam ve-
niat causa delicta. isto casu erit iudicium ciuile. licèt pœna non
applicetur parti, neque fisco. Tu aduerte, quòd ista solutio con
ditur per illum tex. Nam in primo casu agebatur principaliter
vt Abbas deponeretur ab ordine, vt pro cã adducebãtur deli-
cta, & tamen tex. dicit q isto casu iudiciũ est criminale. Quar-
ta fuit solutio Baptistæ de Caccialupis in rub. C. eo. q ibi causa
est ciuilis, quia agebatur ad vtilitatem priuatã monasterij, quia
prælatus erat damnosus monasterio, & sic facit pro, & non cõ
tra. Et istam sequuntur Mod. Papien. Tu aduerte, quòd si aga-
tur ad vtilitatem monasterij, non potest dici agi ad vtilitatem
priuatam, secundum Dec. hic per tex. in c. nulla ratio, infra de
præben. & in l. j. § ius publicum. ff. de iusti. & iure. Et comprо-
bo, quia ɔ prælatum damnosum ecclesiæ actio videtur popu-
laris. c. si quis presbyterorum, de re. bus eccle. s. nõ alien. cuilibet
enim laico in negligentiam clericorum licitum est agere, vt p
latus damnosus remoueatur ab administratione, sm Abb.
in c. venerabili, in fi. supra de of. deleg. Tertiò aduerte, quia ibi
non solum agebatur, quia esset damnosus, sed etiã quia imme-
sessionẽ in esse ꝓductã per apprehẽsione & retẽtionẽ, & ista
est ius:& ista est illa,q̃ parit effectus iuris,acquisitionẽ dñii,&
fructuũ,& interdicta possessoria,de qb.j.dicemus,& ita ꝓce-
dat *communis* opi.Et istã cõcordiã in effectu voluerũt subtiles

Sc

Senēses. Vñ si reperias aliqua iura, quę velint pos. in esse productā, esse facti, rñdeas q loquunť inspecta origine acquisitionis, vel medio retētionis. Si verò reperias aliqua iura, q̃ velint possessionē respectu apphēsiōis, vel retētionis esse iuris, rñde q loquūť i casib. in quib. iuris ministerio sine aliquo corpore vel aio pprio acquirentis acqriť possessio, vñ scias, q quędā ē possessio, q̃ inspecta apprehēsione dr̃ hr̃e plurimū iuris, & ista est illa, q̃ acqriť p filiū, vel seruū ex cā peculiari, dño, vel patri ignorāti, de ista loqť tex. in d.l. possessio quoq, & dr̃ hr̃e plurimū iuris, qa in ista pl⁹ operať ius, q̃ factū. Nā ignorās ministerio iuris acqrit istā posses. & ministerio iuris sine aio proprio retinet & vsucapit. l. 2. ff. p soc. q̃dā dr̃ hēre multū iuris & multū facti, ita q si excederet, ius & factū nō vñ, & ista est possessio. q̃ acqriť p pcuratorē dño ignoranti, licēt d. is ignorās nō vsucapiat. l. j. C. eo. quędā dr̃ hēre plurimū facti, & illa est, q̃ p nosmetipsos acqrimus, & retinemus, & de ista loqtuť tex. in d.l. deniq; dr̃ aūt hēre plurimū facti inspecta origine, qa requiriť corpus & aius ipsius reqrētis: dr̃ tā hēre aliquid iuris, quia p apprehēsionē vnius glebæ ministerio iuris acquiriť possessio totius fundi. d.l. 3. in prin. ff. eo. & istos terminos declarat gl. i c. cū nostris, de cōces. pręb. & gl. i l. j. C. eo. ¶ Et si dicať, ad qd valet ista inuestigatio: rñdeť q pōt seruire ad quæstionē. Rescriptū dicit, cognoscat Titi⁹, de iure, qd̃ hēt supplicās in bñficio. certè virtute hui⁹ rescripti poterit delegat⁹ cognoscere de possessorio p p̄dicta, & ita determinat Inn. in c. cœpi, de reb. ecc. nō alie. sequiť Bal. i l. iubem⁹. §. sane. C. de sacro san. eccl. & in l. si qs ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi. & Fel. in

8 rub. ĩ. de resc. col. 3. ¶ † Secūdo facit ad aliā qōnē. Papa cōcessit alicui bñficiato, vt posit testari de acquisitis, ex iurib. bñficii, iste talis poterit ēt facere testā de fructibus, qa fruct⁹ dr̃r acqsiti ex iurib. bñficii. i. ex pos. p p̄dicta, & ista determinat Alc. cons. 15. qd̃ incipit, Reuerē. dne, vol. 2. ¶ Secūdò ꝯ diffinitionē Bar. arguit Ang. dicēs, q nō cōuertiť ex eo, q detētatio ēt sit ius insistēdi rei, p tex. in l. si finita. §. si quis metu. ff. de dam. infe. ubi missus in possessionē ex primo decreto, licēt tñ deti neat, hēt tñ ius, maximē recuperādi tenutā, & ēt hēt detentor aliqñ ius pignoris. l. nō est mirū. ff. de pig. ac. l. 2. i princ. ff. p hęrede. Imo detinēs aliqñ acqrit fruct⁹, ut colon⁹. l. si. seru⁹. §. locauit. ff. de fur. & aliqñ hēt iterdictū recupetād. ę. l. si colonus. ff. de ui & vi arma. ppterea Ang. aliter diffiniuit dicēs, q possessio est ius insistendi rei aptū natū ad acqsitionē dñii, & oium eorū, q̃ sequūť ex eo. & istā sequūť Imo. & Paul⁹ de Ca. sed defendēdo Bar. dicatis, q falsū est, detētationē esse i⁹, imò ē meri facti. patet, qa seru⁹ detinet. l. stipulatio ista. §. hęc quoq; ff. de uer. ob. & tñ si esset ius, nō posset detinere. l. q attinet. ff. de reg. iur. & q sit facti firmat Bar. & cōiter Legistę, in d.l. j. Ad ꝯria s. al. rñdeo, q nuda detētatio, de qua loqmur nō parit illos effectus iuris, sed est cā detētationis. i. tit. locati, primū decretū, vel similes, & isto respū dr̃ q detinēs hēt ius, nō q ipsa detētatio sit ius. ¶ Tertiò arguit Imo. dicēs, q nō conuertiť, quia vsusfruc. est ēt ius insistēdi rei. Nā cū sit ius vtēdi fruēdi, tot⁹ ēt dr̃ ius insistēdi. vñ aliter ipse diffiniuit. Possessio est simplex ius insistendi rei aptū natum producere interdictū recuperādi. c. Defendendo Bar. rñdet Are. q vsusfruc. non est ius insistēdi principaliter, sed in ꝯñtiam, iō ab eo nō fit de nominano l. j. §. si te reg. uero. ff. depo. Aliter ēt rñdet Señ sed

9 non curo ¶ Quartò opp. verbū, rei, † cū est gñale cōprehēdēs incorporalia iu. a. l. rei appel. ff. de ver. sig. incorporalia aūt nō p prie possidenť, sed quasi, l. si seru⁹. §. icorporales. ff. de acq. rer. do. ergo, &c. S. l. verbū insistēdi tollit ꝯñtiā. ¶ Quinto oppo. ꝯ illa verba, nō prohibite possideri, genus nō alterať pp accidētia. patet i diffinitione hois in gñe. Hō est aial rōne, &c. Si modo, detur fatu⁹ sine rōne, nō tñ alterať diffinitio si dicamus, q licet p accidēs sit aliqua res, q̃ non possit possideri, nō tñ alterabitur diffinitio, ergo illa verba nō prohibitæ possideri, supfluò fuerūt apposita, patet in diffinitione stipulationis, de qua i l. 5. §. stipso. ff. de uerb. ob. & i diffinitione testi, de qua, i l. j. ff. de test. vbi nō sunt illa verba, nō prohibitę, &c. & tñ res sacrę nō sunt in commercio stipulatorū & testatiū. d.l. inter stipulantem. §. sacram. essent ergo detrahēda illa verba, nō phibitę possideri, & illis detractis non multū discrepabit diffinitio Bar. a diffinitione Io. Gloss. q̃ cōiter Doct. sequūtur, & est talis Possessio est ius detinēdi rē sibi. Aliā diffinitionē facit Raph. Cu. Aliā Mod. Perus. i d.l. j. Aliā Mod. Valentini hic, qua ē talis, Possessio est insidētia cā possidēdi facta. quę diffinitio non valet, quia non conuertitur: nam seruus insistens animo possi

10 dēdi, non possidet. d. §. hęc quoq;. ¶ Itē emphyteuta, † uel conductor insistens animo possidendi, sibi nō possidet, nec pscribit. l. malè agitur, & ibi gl. c. de præsc. 30. uel 40. Quid ergo cōcludendū: dixi s. q possessio pōt tripliciter cōsiderari. Primò prout in esse producitur. Secūdo prout cōseruatur. Tertiò p ipsa possessione, quæ apprehensione & retētione causatur & sic prout est in esse producta. Vnde cū terminus sit ęquiuoc⁹ nō pōt rectè vnico modo diffiniri, ita q cuilibet signum conueniat, fm Pau. i rub. ĩ. de iud. esset ergo vnicuiq; significationi accōmodāda particulares diffinitio. Ego vereor, ne arrogātię labe polluar, si nouas diffinitiones afferre tētauero, post Iure cons. & peritissimi nō fuerūt ausi diffinire. Dicā tñ quid sentiā, vt posteris ineptias nostra cōsiderātib. pateat inuestigandę veritatis occasio. Prima put in esse pducit̃ sic pōt describi. Possessio est corporalis rei vera, seu ficta apprehēsio, aī & iuris adminiculo cōcurrente. Dixi corporalis rei, ad dr̃iam incorporaliū. d. §. incorporales. Dixi vera, qa requiriť, vt acqrať pedū appositione. l. j. in prin. ff. eo. dixi seu ficta, qa per constitutū acquiriť possessio & fingať apprehēsa. l. qd̃ meo. i prin. ff. eo. & similiter per precariū, vt ff. de preca. per totū, & maximē in l. certē. Similiter per reseruationē usufruc. l. quisquis, C. de don. Dixi animi, quia vltra apprehēsionē corpotalē requiritur animus possidē. d.l. 3. in prin. ff. eo. Dixi, iuris adminiculo, pp possessionem, quæ acquiritur per procuratorem, vel seruum, aut filiumfam. iuris ministerio ignorāti, vel q. i. ex apprehensione vnius glebę auxilio iuris acquiriť possessio to-

11 tius. d.l. 3. ¶ Secūdā † sic describo, possessio est corporea & mētalis, vel mentalis tm̃, vera vel ficta insistentia in re corporali possidenda gratia. Dixi, vel mentalis tm̃, quia solo animo retinetur possessio, d. §. qui ad nundinas. Dixi, vera, quia regulariter sine animo proprio nō retineť possessio, l. j. C. eo. Dixi ficta, pp possessionem acquisitam ex cā peculiari, patri, & domino ignoranti, nam illam retinere sine pprio animo etiam ignorante, & iuris ministerio finguntur insistere mediāte aio filij, vel serui. l. 2. ff. pro solu. Dixi possidēdi gr̃a, quia insistens aio possidendi amittit possessionem. l. tertia. §. in amittendo,

12 ff. eo. ¶ † Tertiā p ultimus diffinire prout diffiniuit Io. vel put Bar. uel aliter. Possessio est ius insistendi rei corporalis tuendi, vtēdi, fruendiq; rebus corporalib. suis, vel apprehēsis, vt suis. Dixi tuendi, pp interdicta retinendæ & recuperandæ. Dixi utendi, fruendique, ad dr̃iam detentationis. & si obiicias de pdone, qui possidet. c. in literis. j. ext. j. & tñ non facit fructus suos. Rñdeo, p licēt prædo teneatur ad restitutionē fructuū, tñ dum perseuerat in possessione. vtitur & fruitur. & isto respectu prædo ratione possessionis hēt ius vtendi & fruendi.

13 Vel aliter † rñdeo, q alternatiua, uel, posita in diffinitione tol

14 lit cōtrariū Dixi suis, ad dr̃iam vsusfructus, qui est † ius vtēdi & fruendi rebus alienis. l. j. ff. de vsufru. Dixi, p suis, pp inua

15 sores, & similes. ¶ Quęro, † vñ dicať possessio. Respōdet Paulus Iuriscons. in d.l. j. possessio dicta est a pedibus, & (vt Labeo ait) quasi pedū positio. Iuxta istā etymologiā occurrunt duæ dubitationes. Prima, quare possessio potius fuerit denominata a pedibus, quā ab alia parte corporis: Secūda, quare magis a corpore, q̃ ab aio, maximè cū anim⁹ sit dignior: Circa primā reperio assignari tres ratione. Prima fuit Bal. dicentis possessionem dici a pedibus, quia pedes sunt totius corporis firmū sustētaculū, & habēt se ad reliquū corporis tan̄q̃ bases ad columnas, quæ in aere stare non possunt. l. quod conclaue. ff. de dam. infec. & licēt aliqui mordeant, quia oculo ēt acquiritur possessio, d.l. j. §. si duxerim, & ēt manu. d.l. j. §. j. tñ pōt defendi, quia vniuersaliter pedes vñr necessarii ad oēm apprehen-

16 sionē, nō sic oculus, & manus. ¶ † Secūda fuit rō Pau. de Cast. qa possessio, q̃ pedib. acquiritur est dignior, cum per pedes acquiratur possessio rerū immobiliū, sed per manus acquiritur possessio mobilium, q̃ est vilis & abiecta, l. rem quæ nobis. ff. eo. ista non est tuta, quia oculo acquiritur ēt possessio rerum immobiliū, d. §. si duxerim. Tertia fuit rō d. Azo. ut dicatur a pedibus, quia ab ipsis processit, origo possessionis, qd̃ calcabat pes tuus, tuū erat. ista rō non est tuta, quia nō est gñalis p ut esse debet. l. regula. §. cū quis. ff. de iur. & fac. igno. nō. n. cōuenit possessioni rerū mobiliū, quas pedib⁹ calcādo, & nō apprehēdēdo spernere uidemur. §. itē lapilli, cū gl. Inst. de rer. diuis. teneas ergo rōnē Bal. Circa scd̃am reperio assignari duas rōnes. Prima fuit Pau. de Ca. in d.l. j. §. j. qa corpus. in acq. possess. potētius operať, q̃ animus, fm gl. ibi, sed ista rō nō placet Doctori meo, quia aio solo retineť possessio. d. §. q. ad nundinas, ergo potētius agit aius. q̃ corpus. Defendēdo Pau pōt replicari, q in acquirēda fortius agit corp⁹, & ita loquitur Pau. In retinēda uerò magis operať aius, & ita pcedit ꝯriū. Tñ uř,

17 q pariter ambo operēť. l. 3. i pri. eo. ff. ¶ † Scd̃a fuit rō d. Doctoris mei, q magis denoieť a corpore tā q̃ ab origine & inuētione: sed nec ista placet, qa ab origine ēr aius requirebať. d.l. j. §. j. vñ ꝯsiderau tres alias rōnes. Prima rō fuit ex cuftādę ęquiuocationis: nā si fieret denotatio ab aio, cōtueret dño, q nō acquiriť ēr sine aio. l. inuito. de reg. iur. l. i. de acq. rer. do. & p ista rōne facit, qd̃ de stipsōne dicit Pau. de Ca. i rub. ff. de uer. obl. dicēs stipsōnē potius a uerbis denoiatā q̃ a cōsensu, qa cōsensus reqriť gñaliť in oi actu, l. consensu. ff. de act. & obl. Secūda rō, quia corpus magis patitur & laborat q̃ aius, p qua rōne adduco tex. in simili in c. ex lite. is. j. de cōuersion. id. ¶ Tertia rō, quia ex actu facti implicite demōstrať aius, nō eq. l. Labeo. ff. de supellec. leg. l. Pau. si item ratā hab. l. de gybus, in ti. ff. de legibus.

18 gibus. ¶ † Tertio q̃ro, quotuplx sit possessio? varię sūt Doc. sē
tentiæ, una fuit opi. Bar. q sit triplex, naturalis. s. ciuilis, & cor
poralis, ista cōiter dānat. Alia fuit opi. Io. q sit duplex, vna na
turalis, q̃ aīo & corpore acq̃rit: altera ciuilis, q̃ aīo retinet. ista
est cōis. Alia fuit opi. Azo. q vna tm̃ sit possessio naturalis, q̃ ap
pbatione iuris dr̃ ciuilis, istā sequunt Bezut & subtiles Senē
ses, & istā intēdo sustinere. sed prius uideam' q̃d sit possessio
nālis, q̃d ciuilis q̃d corporalis, q̃d ciuilissima, q̃d quasi posses
19 sio, & q̃d detētatio. Bar. i pallegata. l. j. eas sic describit. ¶ † Ci
uilis possessio est ius insistēdi rei nō prohibitæ possideri, aptū
pducere ciuiles effectus respū veri dñi. Dicit respū veri dñii
q̃a ciuilis est illa, quæ cāt vsucapionē & præscriptionē. l. q fun
dū, in pr in. ff. pro emp. & d. l. j. §. per seruū, q in fuga. & q̃a pdu
cit esse cāū acq̃sitiōis fructuū, l. 3. §. eōtrio, & ibi not. ff. eo. Dixi
ēt veri dñi, ad dr̃iam naturalis, q̃ pducit effectus separatos a
uero dñio. Ꝯ istā arguit Doctor meus dicēs q simplex ꝓprie
tari' possidet ciuiliter. l. sciēdū. §. q solā. ff. q satisd. cog. & tñ nō
insistit, nec facit fructus suos, sed est vsufructuarius, q insistit
& fruitur, & nihil tñdet. Tu aūt tñdeas, q vsufructuarius quò
ad ius ꝓprietatis, insistit noīe ꝓprietarij tanq̃ ei' pcurator. l.
j. §. fi. ff. de no. oper. nun. vñ satis ipse ꝓprietarius dr̃ insistere.
l. q meo. §. procurator. ff. eod. & licet talis ciuilis possessio du
rante vsufructu nō producat effectū acquisitionis fructuū, nō
tñ diffinitio mala, q̃a in ea nō dr̃ q sit ius causans, sed aptum
cāre. ¶ Scdo opp. de le. j. §. j. ff. e. vbi ex nāli possessione rerū,
quæ in nullius bonis sunt, cātur dñium, ergo ēt nālis pducit
ciuiles effectus respectu veri dñij, & sic diffinitio falsa, q̃a nō
conuertit. nesciré aliter rñdere, nisi q illa nālis possessio, de
qua in d. §. j. ēt ciuilis est. & si hoc verū sit put est, erit ibi tex.
p opi. Azo. q vna tm̃ sit possessio nālis, quę quatenus appro
20 batur a lege ēt ciuilis p approbationē nūcupat. ¶ † Naturalis
possessio est ius insistēdi rei nō phibitę possideri, aptū pduce
re ciuiles effectus respū alicuius iuris a dñio separati, & respū
nālium accessoriorū, vt in emphyteuta, vasallo, vsufructuario
& simib. isti. n. possident nāliter. l. nāliter, in prin. ff. eo. & virtu
te naturalis possessionis pscribunt. l. competit. C. de pscr. 30.
vel 40. an. & l. fi. eo. ti. & pducit acq̃sitionē fructuū, vt not. in
auc. nisi tricēnalis. C. de bo. mat. Tu aduerte ad plura. primò
ob vnū, q statim dicebā. Scdò Bar. vult naturalē & ciuilē dif
ferre effectu tm̃, q̃a ciuilis parit effectum veri dñij, nālis verò
nō. Cōtra vr̃ q diuersitas effectuū nō faciat possessiōes differ
re specie, nā sm ipsummet Bar. possessio naturalis emphyteu
tæ & vassalli nō differt specie a possessione vsufructarij, & tñ
nālis possessio emphyteutę, & vasalli causat pscriptionē vti
lis dñij, nālis verò vsufructuarij cāt pscriptionē iuris vtēdi &
fruēdi, & nō vtile dñiū fundi, q̃a vsufructuari'. Itē vsufructua.
nullū dñiū hēt, sm Senē. i l. naturalr, i prin. ff. e. facit exēplum
nāle, feminarū q̃dā fertiles, q̃dam steriles: oēs tñ mulieres spē
nō differētes, sed numero tm̃. Et istud pondero p opi. Az. q
vna tm̃ sit possessio nālis, q̃ nō differt a ciuili pp minores effe
ctus, vt vult Bar. sed sicut magis nālis appbat a iure ciuili, ma
iores effectus parit: vñ q̃a nālis emphyteutæ appbatur respū
vtilis dñij, pducit hūc effectū, quē non pducit possessio nālis
vsufructuarij, q̃a ad hoc nō approbat: vñ possessio nālis, q̃ est
apud malefidei possessorē, q̃a reijcit a iure, nō parit istos effe
ctus Ꝯ dñm: sed q̃a appbat Ꝯ tertiū, Ꝯ ipsū operat effectū re
tētionis & tēperationis. l. j. in fi. ff. vti pos. c. i literis. j. tit. j. isto
respū ēt ciuilis dici pōt, vt no. i l. clā possidere, §. fi. ff. e. ¶ Ter
21 tio aduerte, † inq̃tū Bar. cōcludit, q vsufructuarius pscribat i'
vtēdi fruēdiq; virtute naturalis possessionis. In hoc *cōiter* rep
bat. q̃a prescribit rōne quasi naturalis, & quasi ciuilis possessio
nis, quas hēt in iure vsus fruc. sm gl. in l. air pror. §. itē. ff. ex qui
b. cau maio. & ita vult Bar. sibi Ꝯrius in l. nāliter, in prin. ff. eo.
22 ¶ † Corporalis possessio est ius insistendi rei nō phibitę pude
ri retētionis & tēperationis pducēs effectū, q̃ hēt ingrediens
possessionē fūdi absente possessore. De ista loq̃t l. clā possidē
re, §. q ad nūdinas, & in l. si id q̃d, ff. eo. De ista dicemus. j. i pū
23 cto, an sint tres. ¶ † Ciuilissima possessio nō diffinit p Docto
res, q̃a non est species separata de p se a ciuili possessione fun
di, cū differat ab ea tm̃ in modo acq̃rēdi, sm do. Alex. Are. &
Ias. describitur tñ sic. Ciuilissima possessio est illa, q̃ iuris mini
sterio absq; ulla apphensione acquiritur. de ista loquitur lex,
& ibi Pan. in c. 2. §. de cons. & in l. fi. C. de sacros. eccl. i l. rapto
res. C. de epis. & cle. & istā appellat Bal. hic artificiosā posses
sionem. sed aduerte, q̃a retenta opin. Bart. & ipsorū Alex. &
Mod. q possessio differens effectu differat ēt specie, vr̃ cōclu
dēdū q ciuilissima species differat a ciuili, quia sola ciuilis pa
24 rit effectū recuperationis, l. j. §. siue aūt, ff. de ui, & ui ar. † Ciui
lissima uerò nō producit istum effectū, ergo &c. Vñ stāte sta
tuto, q possessio defuncti continuetur in heredē, si aliqs post
mortem ingrediatur possessionem, & prohibeat intrare here
dē, nō poterit heres, tanquàm spoliatus intētare interdictum
recuperādę, sm Bal. in aut. defuncto, in 3. q. C. ad Tert. & Ioā.
Fab. in §. sui, Inst. de her. qua. & differ. & Alex. ꝯs. 37. In cā mo
ta, volu. 1. consil. 83 Visa facti narratione. vol. 2. & in l. in suis,
col. 3. ff. de lib. & post. hu. vbi dicit istā esse cōem opi. & do. Ias.
post Alex. in l. si sorori, C. de iur. delib. Cōtrariū tñ determinat
Soc. in l. rem quę nobis, in 5. q. ff. de acq. poss. per duo vrgētia
fundamēta. & q effectualiter detur interdictum recuperędæ,
sentit Bal. hic, dum dicit, q si heres intentet remediū l. fi. C.
de edic. diui Adria. tollen. nō poterit ei opponi exceptio vllā
ꝓprietatis, ēt si offerat probō incōtinenti, eo quia propter sta
tutum præallegatum, remedium huius legis hēt tunc naturā
interdicti recuperandæ, & sequitur Dec. cons. 84. quod inci
25 pit, Excellentissimi Doctores. ¶ † Quasi possessio est illa, q̃ ha
betur in iuribus incorporalibus de qua in c. cū ecclesia Sutri
na, j. eo. vbi dicemus, & secūdum Imol. post Ang. describitur
sic? Quasi possessio est potentia quędā deducēdi in exercitiū
ipsa iura quasi poss. quæ corporibus q̃nque adhæret. & dicitur
quæ corporibus, &c. propter seruitutes prædiales. l. seruitutes
ff. de seru. dicitur autem quasi possessio, quia non est propriè
possessio, cum in iuribus incorporalibus nō cadat pedum po
sitio, l. si seruus, §. incorporale, ff. de acquiren. ret. do. ista ali
quando dicitur impropria, aliquando magis impropria, aliq̃n
impropriissima, vt declarat gl. in l. regulariter. ff. de peti hære.
& q sit impropria possessio, videatis tex. & ibi gl. magistrā in
c. conquestus, supra de fo. comp. alibi dr̃ intellectualis posses
sio, l. si ædes, j. in fi. ff. de ser. vrb. præd. q tamē non sit dare qua
si possessionem, probari vr̃ sic. Ista est possessio ficta & intelle
ctualis, verum super impossibili per naturam non cadit fictio
. §. minorem, Instit. de adop. sed impossibile est, q qualitas sit
sine subiecto, l. eius, qui in ꝓuincia. ff. si cer. pet. mō sic, posses
sio seu quasi, accedēs est ad proprietatem, in incorporalibus
autem iuribus res corporalis, cui ipsum ius applicatur, nō est
subiectum quasi possessionis, quia esset vera possessio, non ēt
ipsum ius incorporale: quia tunc quasi possessio etiā iuris per
misceretur cum ipso iure contra l. permisceri. ff. eod. & quia si
subiectum esset ipsum ius, quasi possessio esset qualitas, sine iu
re, quod est est falsum, quia quasi possessio est ius causans p
scriptionē, l. omnes. C. de præscrip. 30. uel 40. anno. c. de quar
ta, supra de præscrip. Pro resolutione videndum est, quod sit
subiectū huius quasi possessionis. varię reperiūtur opi. Prima
fuit opi. Azo. tenentis, q ipsum ius sit subiectū, inferēs ex hoc
q deiectus a quasi possessione alicuius iuris incorporalis non
restituitur nisi probet uerè vel pręsumptiuè sibi illud ius cō
petere. sed reprobatur *cōiter* per textum in c. querelam, supra
de ele. & in l. 1. ff. uti possi de. & in l. 2. ff. si ser. vendi. ita fuit de
terminatum Bononiæ in fauorem Hugo. contra Azo. vt re
fert Spec. in tit. de resti. spo. §. nunc dicamus. ver. q̃d in aliis. &
Bar. in l. 3. §. vnde ui. ff. de ui, & ui arm. & ita cōcludit Dec. per
plura cons. 136. per totum. Secunda fuit opin. Inn. in ca. 1. j. e.
q actus ipsius iuris sit subiectum, & ideo sm eum debemus
dicere nos esse in quasi possessione pñrandi. & eligendi, non
aūt in quasi possessione iuris præsentandi, vel eligēdi. ¶ Ter
tia fuit opi. Bar. in d. §. vnde vi, q subiectum sit vsus ipsi' iuris,
qui causatur a patiētia aduersarij. l. quoties. ff. de ser. & ista est
cōis, & istā amplectitur d. Ant. in c. fi. in 3. col. inf. eo. vbi la ipsi
me stantib. prædictis infertur ad plura. Primò, q interdicta, q̃
competunt etiā pro iurib. incorporalib. Inst. de interd. i prin.
non sunt propriè interdicta possessoria, sed quasi, vt est tex. in
d. l. quoties. Itē talia interdicta sunt vtilia nō directa, vt decla
26 rat Bar. in l. 1. ff. vti poss. ¶ † Secūdò infertur ad statuta loquen
tia de possessione seu possessore, vt nō procedāt in quasi pos
sessione, quia sunt verba statutorū propriè intelligenda. c. in
nostra, intra de iniur. & ita tenet d. Ant. in d. ca. fi. col. 3. sequit
Alex. & *cōiter* Mod. in l. 3. in prin. ff. eo. adducentes alia funda
mēta, vltra quos facit decisio Bal. i l. cogi. C. de petit. her. dicēs
q statuta pęnalia loquētia in possessore nō hēnt locum in eo,
qui habetur pro possessore, de quo p Io. And. in reg. pro pos
sessore, de re. iu. i Mercuria. Secūdò facit decisio Bar. i l. apud
Iulianū. §. si pupillus. ff. ex quib. cau. in pos. eat. & Pan. i ca. qua
fronte, de app. quæ vult, q statuta loquentia in Ꝯctu non hnt
locum i quasi Ꝯctu. & ista est *cōis* vt per Alex. & Mod. in l. mo
re, & in l. nutu, ff. de acq. hę. & p Ias. in l. Barbarius, col. 2. ff. de
off. pto. Ꝯrium tenet Aret. i rub. ff. eo. ad fi. & i ꝯsi. 30. Viso the
mate, col. pe. p tex. i l. si pcuratoris, ff. de proc. iūcta decisione
Bar. in l. 1. col. pe. ff. de act. & ob. & p gl. in l. si quis in tantū. C.
vñ vi. & bñ facit ēt decisio Bar. in l. 1. ff. vti posid. Pro concor
dia dicerem inspiciendam esse rōnē statuti subiectāq; mate
riā, put in simili dicit Bal. i l. 1. C. cōm. de vsuc. dū dicit, q sta
tuta loquētia de possessione aliq̃n itelligūt de naturali, aliq̃n
de ciuili, aliq̃n de nuda detētatione, put subiecta materia pati
tur, bñ facit l. sciēdū, §. j. & seq. ff. q satisd. cog. Sic ēt libell' Ꝯclu
dēs i possessione saluat, & itelligit de quasi possessione, c. olī.
3. de rest. spo. c. licèt, de prob. Pan. i c. 2. de rest. in integrū, Ge
mi. in c. 2. de test. in 6. in 7. col. & rō est, quia verba libelli imp
priant, ut ipse libellus sustineat, l. sed si possessori. §. itē si jura
uero, ff. de iurei. vbi latè Mod. sicq; ēt soluat sñia loquēs i pos
sessio.

sessione,qa impropriatꝰ ꝓ quasi possessione,vt est tex.i c.acce-
dēs,s.vt lit.nō cōt.& ita determinat Pan.i d.c.ꝯquestꝰ.& rō ē,
qa verba iuræ impropriantꝰ,vt actꝰ sustineatꝰ, ſm gl.reputatam
singularē in l.puto,ff.tam.etc.ꝓbat tex.i ca.his.j.de verb.sign.
¶ Detētio est nuda facti insistentia in re corporali custodiæ &
ꝯseruationis gr̄a facta,q sit facti,probatū fuit s.q fiat custodię
cā,probatꝰ in l.vt legatorū,ff.ex qb.cau.in poss.ca. large tñ aio
insistēs,& sic q ciuilr possidet,dr detinere ſm gl.in l.3.§.ex ꝯ-
rio.ff.eo.& ſm Imo.ita se hēt cōis vsus loquēdi,intelēs,q statu
tū loquēs de detinēte,hēt locū in possidēte ciuilr, quia statu-
ta recipiūt interpretationē a cōi vsu loquēdi. l.Labeo.ff.de su-
pel.le.& sequūtꝰ Ale.& Mod.ad idē est gl.in c.cām quę,& ibi
Fel.col.3.in fi.j.de præscri. Venio nūc ad discussionē articuli,
q̄ opi.sit verior:opi.Bar. q sint tres possessiones, cōiter, vt di-
xi,reprobatꝰ:quia corporalis possessio,q̄ hēt iniuste possidens,
nō differt a nāli,q̄ hēt vsufructuarius & ssses, nisi tanq̄ plus &
minus,vñ nō dnr differre specie, ſm Imo. per rīam l.fin.ff.de
fun.instr.pōdera,q ista rō facit pro opi.Azo. qa nālis & ciuilis
ēt nō differunt,nisi in plus & minus. Scdō ꝯ Bar. ꝯrīū inducit
Pau.de Ca.qa possessio nālis vsufructuarij non est illa, q̄ causat
effectū p̄scriptionis & acquisitionis fructuū, sed est quasi pos-
sessio ciuilis,vt s.dixi. ¶ Nālis aūt possessio vsufructuarij cau-
sat tm̄ interdictū retinendæ & recuperādæ, sicut ista corpora-
lis,ergo nō differūt specie,nec effectu. ¶ Tertiò, ego arguo,qa
si reuertentē dñm ingressus admittat,dñs recuperat possessio
nē occupatā,d.§.qui ad nundinas. sed illa est sine dubio nālis,
ergo ēt occupata per igressorē erat naturalis. ¶ Secūda opi.Io.
& cōis,q sint duæ,ꝓbatꝰ multis medijs, principale fundm̄ stat
in d.§.qui ad nundinas,sic inducēdo,duo non pñt eandē rē in-
solidū possidere.l.3.§.ecōtrario,ff.eo. sed in d.§. qui ad nundi-
nas,dr q ingressus hēt nālem,& dñs absens aio retinet posses-
sionē suā,ergo ciuilē,aīs duo hñt eandem nālem. Ad istud
rñdetꝰ q diuersis respectib. duo pñt eadē rem possidere.l.fi.ff.
vti possid.gl.in d.§.ecōtrario,sed dico q ingressus possidet na-
turalr corpore, & isto respū sua nālis possessio dr corporalis.l.
si id quod,ff.eo. absens verò possidet nālr aio,& quia sua pos-
sessio est somētata a iure,& est possessio superior.l.si duo.ff.vti
possid.isto respū dr ciuilis.& q sit nālis ꝓbatꝰ sic, retinere præ
supponit habitū Mō si dicatꝰ ab his,qui dnt hanc aio retentam
esse ciuilē,& non nālem,vñ fuerit habita:certe necesse est fate
ri q habita fuerit ab apprehēsione.l.3.§.Neratius.ff.eo.verū il-
la est nālis,ergo ēt ea retētia erit nālis.Et si dicatꝰ,qūo est possi-
bile quòd sit nālis:rñdetꝰ ſm subtiles Senen. quòd dr nālis, qa
retinetꝰ insito corporis.i.qdꝰ est lacū.l.in bonæfidei.ff.de acqu.
rer.do.ꝓbatꝰ ēt,quia is q hēt nālem tñ se absentet a re, reti-
net illā nālem aio,ſm gl.iuer approbatā in d.l.3.in prin. Si er-
go prior possessio erat nālis & ciuilis simul,sic eadē aio retine
tur. ¶ Secūdò ꝓ ista opi.alle.tex.in l.2.§.quod vulgò.ff.ꝓ hær.
Vbi dr nēmine posse mutare sibi cām possessionis. siue sit nā-
lis,siue ciuilis,ergo duæ,rñdet Bart.quòd dēt ille tex.intelligi,
dum loquitꝰ de nāli.i.de detētatione propter illationē,quæ se-
quitꝰ de colono,q detinet tm̄.istum intellm̄ dānat Doc. meus,
qa ibi illatio venit a fortiori hoc mō, si hñs nālē, vel ciuilē nō
pōt sibi mutare cām possessionis,a fortiori nū poterit colonus
hñs sola detentationē,& ſm eū ita arguit tex.in l.non solum,
§.quod vulgò.ff.de vsuc.Tu aūt ꝯdera,quòd arg.a fortiori nō
bene pōt ibi formari, qa esset arguere de minori ad maius ne-
27 gatiue,quod arg.nō valet,† ſm gl.in c.cū in cunctis. s.de elect.
nā tacitus colonus mutet cām detētationis,q̄ possessor posses-
sionis,d.l.nō solū,§.quod uulgò. ubi Iurisc. arguit affirmatiuè,
vnde bene sequitꝰ,q nō ualet negatiue per p̄dicta:uel aūr respō
28 deas,ut j.generalr d.cā. ¶ Tertiò † adducitꝰ tex.i l.3.§.deijcit.ff.
de ui,& ui ar.ubi deiecto,siue nālr,siue ciuilr possidēti compe
tit interdictū unde ui.Bar.respōdet,ut s.sed sua respōsio ꝯfun-
ditꝰ per id,quod de colono ibi subijcitꝰ, uñ aūr respōdetꝰ (& ista
29 sit generalis respōsio ad oīa ista iura) q † intelliguntꝰ de nāli
possessione nuda,uerbū,ciuilr,itelligitꝰ de possessione nāli,ue-
stita uestimēto iuris ciuilis,sicut dicimus de pacto nudo & ue-
stito,& ita intelligit illū tex.glo.ibi,dū dicit q uerbū, nāliter,
exponi dēt.i.iniustè,ciuilr.i.iustè.Vel aūr pt exponi, nāliter,i.
corpore,ciuilr,aio,d.l.3.§.siue aūt,utraq; tn̄ nālis,ut probaui,&
30 j.probabo. ¶ † Quartò tex.in l.acquiritꝰ.ff.de acq.rer.do.ubi di-
citur q nālis possessio nō causat effectū p̄scriptionis, ergo est
ciuilis quæ causat,ergo duæ.rñdent Senē.quòd ista qualitas,q
altera patiat effectū p̄scriptionis,altera nū,nō facit eas differre
specie:patet,qa possessio iniusta nō causat p̄scriptionem, iusta
uerò sic,c.fi.j.de p̄scri.& tn̄ possessio iusta & iniusta non diffe
runt spē,d.§.ecōtrario.Vel clarius rñdetꝰ, quòd nālis non parit
effectum p̄scriptionis, qñ non est uestita uestimēto iuris, alias
31 sic. ¶ † Vltimò omissis alijs uidetꝰ tex.in l.quēadmodū, in uers.
nulla possessio.ff.eo.Sol.Dicēdo, nulla, presupponit plures pos-
sessiones,differentes numero,nō spē. ¶ Vltima opi.Azo.quòd
sit una tm̄ nālis,quæ somētata a iure, illa eadem dr ciuilis per
approbationē uel extēsionem,sicut dicimus,quod ius nāle ex-
tēsum a iure ciuili dr ciuile.l.ius ciuile. ff.de iust.& iu. sic di-
mus hēditatē ex testō delatā obuenire p iuris approbationē.l.
lege obuenire.ff.de verb.sig.Et ꝓ ista opi. omissis leuibus. ad-
ducitꝰ tex.in l.3.§.gña,ver.& in sūma vnū genus est,ff.eo.intel
ligēdo vnū genus.i.vna spēs,qa illud, qd Logici appellant spe-
ciē,Iuristæ genus dnr,ſm gl.in l.2.§.mutuo.ff.si cer.pet.est ve-
rū,q datꝰ alius intellꝰs ad illū tex.p Bar.& sequaces, sed nō tran
sit sine cauillatione. ¶ Scdō tex.in l.cum bona, §.j.ff eod.vbi dr,
nemo incūbens aio & corpore possessioni,&c.pōdera q incū-
bēs aio & corpore alio nō obst. possidet ciuilr & nāliter.l.3.in
prin.ff.eo.& tñ ille tex.dicit incūbens possessioni in singulari.
Nec ob.si dixeris,q loquitꝰ in gñe,qa rñdetur,genus nō reperi
tur in esse,licèt diffiniatꝰ,ſm Bal.in rub.C.q admit.vñ possessio
ni in gñe nō est possibile incūbere. ¶ Tertiò induco text.i l.3.§.
siue aūt,ff.de vi,& vi ar.vbi dr q deiecto a ciuili possessione da
tur interdictū vnde vi. verū si non esset nālis ēt qūu vi adēpta
diceretꝰ:Vel sic,per interdictū vñ vi,is q aio possidebat,recupe
rat possessionē,toto tit.j. de restit.spol. si ergo illa possessio es
set ciuilis tm̄,solū restitueretur ad illā ciuilē, ergo spolians re-
maneret in naturali,quod est puerile dictū,& ꝯ l.j. C.si p uim,
32 vel alio mō. ¶ † Quartò possessio ciuilis est ꝓpriè possessio ſm
oēs,ergo naturalis,& ꝯnr pedū positio: alias nō esset pruprie,
arguendo ab etymologia negatiue.l.2.§.appellata.ff.si cer.pet.
& si dixeris, vbi est positio pedū.cum sit absens a ꝯspectu rei:
respōdeo q dr possessio a pedibus.i.a qualibet parte corporis,
verū absens hēt aium positū in re,ergo &c. ¶ Quintò sic, insi-
stēs in re nolēs possidere.perdit possessionē nālē solo aio, ergo
ēt nālis solo aio retinetꝰ: nā si essent duæ,vna nālis,quæ corpo-
re;alia ciuilis, quæ aio, certe insistens nō perderet nālem solo
aio,cuius ꝯrīū dixit tex.i l.3.§.in amittenda.ff.eo. Recēta opi.
Azo.insurgit dubitatio,an ciuilissima possessio dicatꝰ nālis,aut
spēs separata?vr q non sit nālis, quia nunq̄ fuit apprehēsa cor-
pore,& iō pro ea nō cōpetit interdictū recuperādæ.ſm cōem.
In ꝯrīū facit,quia ciuilis aio retenta dr nālis, vt s probaui, er-
go ciuilissima aio acquisita & legis auxilio,vr nālis. ¶ Scdō ꝓ
ista parte facit l.3.in princ. ff eo. arguendo de parte ad totum.
¶ Tertio facit,vbi possessio est apud aliū,solo verbo illius ꝯsti-
tuentis se tenere trāsfertur nālis in eū,cui fuit ꝯstitutū.l.certè.
ff.de precar.ergo vbi est vacans possessio, verbo legis ēt nālis
videretur posse transferri in habentē animū acquirendi.cogi-
33 ra tamē. ¶ Quartò † quæro,an sint alia accidentia possessionis?
resp̄ūdeo infinita.l.3.§.genera, ff.eo.ergo quædā utiliora refe-
34 tam. ¶ Primo alia est possessio uacua, alia nō. † Possessio uacua
dr,quæ a nemine aio,uel corpore occupetur, ſm glos. Bart.&
alios in l.fi.C.unde ui. & iō uenditor obligatus tradere uacuā
possessionē non liberatur,si tradat possessionē, in qua sit mis-
sus alius causa rei seruādæ.l.2.§.uacua possessio. ff.de act.emp.
tradunt Pan.& alij in ca.cū Ioannes eremita. j.de fi.instru.Idē
nō dr uacuā tradere,q non tradit tutā,ſm Bar.i l.rō. §.j.de act.
emp.per tex.in c.Pisanis,j.tit.j. quod egu intelligu tutam a se,
non ab alio,ſm Bal.in l.fi.C.de pac.inter empt.& uend. & in-
tellige tutā a se & pp se.vñ qui tradit possessionē aditā, uiolen
ter vr uacuā tradere,ſm Aug. & Mod. in l.in ꝯuentionalibus.
35 §.si rē uacuā.ff.de uerb.obl.† an aūt teneatꝰ tradere cū fructibꝰ.
tex.est q sic in l.si stipulatus,in princ. ff.de usu.qd intellige,ut
p gl.in d.l.rō,§.j.Alia est possessio plena,alia semiplena, ut de-
clarat gl.Insti.de vsuc.§.quod aūt,in uerb.uacantis, j dicit sin-
gularē Ang.in d.l.si me in uacuā.ff.eo.tit.& do.Ias.Inst.de act.
§.actionū,col.20.sed an teneatꝰ is,qui promisit tradere plenam
36 & uacuā,tradere † ēt liberā ab oī seruitute:dic q non,ſm Bart.
in l.Męuius,§.fundo.ff.de leg.2.& i d.l.2.§.1.& iō practici No-
tarij hodie apponūt clam magis ꝓgnantē,uidelicet, promittēs
tradere plenā,uacuā,liberā, & expeditam, q̄ quān sit effectus,
37 patet ex prædictis. ¶ † Alia est possessio colorata, alia nō colora
ta:colorata possessio dr apud eum,qui possidet ex titulo ꝯcessi
sui ab habente ptātem ꝯferendi,sed pp defectū ipsius recipien
tis,uel aliam talem cām,titulus est minus iustus,exemplum,in
38 c.cum nřis,de cōcess.præb. ¶ † Nō colorata uerò dr apud eum,
qui sine ullo titulo possidet uel cū titulo,qui fuit per sniam iu
ris uel hōis priuatus, licèt non sit secuta amotio. ita declarat
Imo.in d.ca.cum nostris,col.12.& Lap.alleg.16. per totum. &
istud est utile ad intellm̄.d.c.cum nostris. ad cuius declaratio-
39 nē,uide plenè Fel.in c.in nřa,corollario 36.de rescrip. ¶ † Alia
est possessio pacifica,alia nō. Dr pacifica super qua nulla mota
fuit ꝯtrouersia iuris,uel facti in iudicio, uel extra,ſm glo.Pau.
& Car.in cle.gr̄æ,de rescr.gl.& Arch in c.cōmissa, de ele.li.6.
Gemi.ꝯs.78.inc.Formatur.col.pe. & fi. & cons.82.col.1.quod
no.ad rīam de trien.possessore. & ad iura loquentia de pacifi-
40 ca possessione. ¶ † Quintū quæro quot modis in iure sumatur
possessio tres significationes s.exposui. Quarta ponitur ꝓ de-
tentatione.l.cōi,§.neque.ff.cōmu.diuid.cum sim. Quintū sæ-
pe ponitur pro corpore.seu ipsa re,l.interdum,ff.de uerb.sign.
l.2.C.de prob.l.locum,C.de omni agro deser.lib.11. l.filij.§.fi.
ff.ad munici.c.omnes.ubi Pan.de pæn.& remiss.& ad nostram.
vbi

vbi Pan. in j. no. de iureiu. c. ꝯsultationibus, vbi Barb. in vlt. no.
de offi. deleg. c. possessiones, de reb. eccl. nõ alien. c. qm̃ frequẽ-
ter. §. quod si super reb. vbi Abb. s. vt lite non contest. Hinc di-
cit D. Ant. i c. quod ad sedem, col. j. j. tit. proxi. quòd si testator
legat alicui possessionem suam, intelligitur legasse proprieta-
tẽ, & non ad sustinendos libellos si sit petita restõ possessionis,
41 vt intelligat̃ ẽt intentatum petitorium. ¶ Sextò † quæro, quid
sit proprietas. do. Ias. i §. oĩum, col. 9. Inst. de act. dicit, quod Pau.
de Eleaz. hic sic diffiniuit. Proprietas est dñium multis modis
q̃situ. quidã hic impugnant, quia diffinit originem, non essen-
tiam. mihi ẽt non placet, qa præsupponit q̃ dñium ĩ genere &
ꝓprietas sunt idem, quod non est verũ simplr̃ loquendo. l. pro
prietatis dñium, C. de prob. l. si procurator, j. ff. de acqu. rer. do.
& si tu quæras in quo differũt, respõdet Bal. in c. 1. §. 1. de inuc.
de reb. alie. fact. q̃ significatio ꝓprietatis est magis nuda & stri
42 cta, q̃ significatio dñij. ¶ † Dñium. n. cõprehendit tam vtile, q̃
directũ. l. 4. ff. de vsufr. Proprietas verò cõprehendit solum di-
rectum, quasi propriè tua. & alibi dicit Bal. quod istud nomen,
ꝓprietas, est adeò directum, quòd nunq̃ obliquatur, ita Bal. ĩ l.
43 cũ res. C. de proba. in l. pen. col. 2. C. si a non cõp. iud. ¶ † Aliter
attentarũt diffinire Valent. dicẽtes, q̃ proprietas est ius rei co-
hærens, & vni soli cõpetens. ponunt ius tanq̃ genus, cetera tan
quam dñias. dñt. n. rei inhærens. ad dñiam dominij adhærentis
personę, ad quam spectat, ſm Io. Fab. & do. Ias. in d. §. oĩum. per
tex. in l. si tibi. ff. quemad. vsufr. amitt. & sequit̃ Soc. in pulchro
casu. cõs. 176. col. pen. dñt semp vni soli cõpetens, ad dñiam di-
recti dñij, quod põt esse apud plures insolidum, videlicet apud
vnũ in vniuerso, apud alium in particulari, vt dicit Bar. in ꝓœ.
Digest. & in l. j. §. per hanc. ff. de rei vend. cum si Aut nõ intelli
go, aut credo istos æquiuocare. pro clariori demõstratione pr̃ę
mitto, quòd ꝓprietas duplr̃ põt sumi. Aut ꝓ directo dñio. ca. j.
vbi Abb. in 2. no. j. eo. l. j. §. huius aũt. ff. vti possid. Aut pro sub-
stãtia, seu corpore ipsius rei. d. l. si tibi. vbi vtrunq; probatur, &
declarat Sal. in d. l. ꝓprietatis. Hoc p̃misso infero, q̃ ista diffini-
tio non est iuridica, in q̃uis partẽ capiat̃ proprietas. si. n. sumat̃
pro directo dñio, tunc falsum erit, q̃ rei cohæreat, & q̃ vni so-
li cõpetat, vt ipsimet Valen. de dñio ꝯcludunt. si verò capitur
pro corpore, seu substãtia rei, falsũ erit dicere quòd sit ius. Inst.
de reb. cor. in princ. Quid ergo dicendũ? arbitror necesse prius
scire, quid sit dominiũ, & quotuplex sit. & his cognitis patebit,
quid sit proprietas, & pro pleniori intelligẽtia præmitto, quòd
hẽmus plura, quorum vnum non est aliud, & tamẽ oĩa cõcur-
runt circa eandẽ rem. Hẽmus primò ipsam rem corporalẽ seu
substantiã rei, & istud ꝯsistit in facto: habemus ẽt rem incorpo
ralem, putà electionẽ, & p̃sentationẽ. Itẽ proprietatẽ nudã, itẽ
usumfr. item possessionem, itẽ dominiũ: & hic aduertendum,
quia hẽmus dñium, itẽ quasi dominiũ, itẽ dominiũ directum
itẽ utile. Dominiũ aliquãdo sumit̃ largissimè, aliquãdo strictè,
& propriè. largissimè cõprehendit ẽt iura incorporalia: vnde q̃
hẽt usumfr. uel aliquã seruitutẽ, põt dicere se hr̃e dominium il
lius iuris, l. qui usumfr. ff. si vsufr. pe. gl. in l. nãliter. §. nihil cõe,
ff. col. 4. ff. de vsufr. declarat Bar. in l. qui vsumfructũ, ff. de ver.
obl. Alibi dicit gl. in l. si lõgius, in vlt. glo. ff. de iud. q̃ possumus
dicere nos hr̃e dominiũ actionũ: & dicit Pau. de Ca. in l. si quis
vi. §. dñia, q̃ possum⁹ dicere hr̃e dominiũ possessionis, sed istud
est impropriè, & propterea pro iurib. incorporalib. nõ cõpetit
directa, nec vtilis rei vendicatio, sed datur cõfessoria, vel nega
toria §. ęquè, Inst. de act. l. si seru⁹, vbi Bar. latè. ff. de no. ope. nũ.
44 in c. cũ ecclesia Sutrina. j. eod. ¶ † Dñium verò propriè cadit ĩ
reb. corporalib. & istud statim diffiniã. Quasi dñium dr̃ illud,
quod habet bonę fidei possessor, hñs titulum a non dño, c. abba
te, §. ceterum, de re iud. in 6. & pro isto dño competit Publicia
na, ff. de Publ. act. per totũ. Vtile verò dñium, ſm Bart. in d. §.
dñia est duplex. vnũ qđ recognoscit directũ, alterũ qđ aduersa
tur directò, & ſm Sal. in l. traditionib. C. de pac. est aliud tertiũ
utile, qđ est simile directò, & sequitur Ale. in d. §. dñia. vtile qđ
recognoscit directũ, hñt emphyteutę, vasalli, sup̃ficiarij, & si-
miles. l. j. §. qđ aũt. ff. de superf. l. j. §. fi. ff. si ager vect. vel emphy.
peta. vbi dr̃, q̃ isti hñt vtilẽ rei vendicationẽ. & istud appella-
tur dñium inferius directũ veru dr̃ principale. auct. si verò do-
minus, C. de hęret. ſm qđ ꝯtriatur directò, hẽt is qui pręscripsit
rem, nam ex pręscriptione. ſm *communem* sententiam acquirit̃
vtile dñium, ſm gl. Bar. & alios in auct. nisi tricẽnale, C. de bõ.
mater. exceptis nouem casibus, quib. acquiritur directũ, quos
vide per Fel. in rub. j. de pręscr. col. j. & rub. seq. dr̃ aũt ꝯtriari di
rectò, qa si direct⁹ dñs agat, repelli põt exceptione pręscriptio
nis. l. si quis emptionis. C. de pręscrip. 30. vel 40. ann. & ex hoc
hẽtis colligere intelligẽtiam ad duas gl. videlicet gl. in l. 3. §. ex
plurib. ff. eod. & in l. si ędes. j. §. j. ff. de seruit. vrb. pręd. q̃ dñt, qđ
vtile acquisitum ex pręscriptione occidit directum, dẽt intelli
gi. i. impedit effectum directi, nõ aũt q̃ penitus extinguat. & si
tu quæras, quæ vtilitas resultet ex hoc respondeo maxima, nã
si res præscripta deueniat ad manus tertij, directus dñs ratio-
ne sui directi dominij, adhuc existentis in rerum natura, pote-
rit suam rem uendicare ab illo tertio. ¶ Item si res pręscripta
deueniat ad manus ipsius directi dñi, non poterit ab eo uendi
care per illum, qui præscripserat, ut est casus secundum intelle
ctum Io. *communiter* approbatum in d. l. si quis emptionis. ¶ Ter
tium utile † dominium directo simile, non recognoscens, nec
45 contradicens habet is, cui cessa est rei uendicatio a directo do
mino, iuxta tex. in l. fi. C. de hęre. uel act. uẽd. Istud depẽdet ab
alio dubio, an per cessionem rei uendicationis transferatur uti
le dominium. & Dy. istud examinat in reg. pro possessore. j. de
reg. iur. concludens q̃ non. & sequitur Sal. in l. j. in ult. q. C. de
act. & obli. reuocans hic, quod dixerat in d. l. traditionib. Simili
liter sciendum est, q̃ hẽmus quasi dñium directũ, & quasi uti-
46 le. † Quasi dñium directum est illud, quod hẽt is, qui habuit ti-
tulum a non dño pleno iure, de quo s. dixi. Quasi dñium utile
dr̃ illud, quod habet is, qui accepit rem in emphyteusim, uel in
feudum a non dño, ſm Alex. in d. §. dñia, col. 4. Istis sic deliba-
tis, uenio ad diffinitionem dñij. Dominiũ, ſm Bar. & *cõiter* scri
bentes in d. §. dñia, est ius de re corporali perfectè disponẽdi, ni
si lex prohibeat. Dixi ius, ad dñiam corporis ipsius rei. Dixi de
re corporali, ad dñiam dñij improprij, de quo s. dixi. Dixi ꝑfe-
ctè disponẽdi, q̃a ĩ re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in
re mandata. C. mãdi. Dixi nisi lex prohibeat, pp̃ res minorum
alienari prohibitas sine decreto. toto ti. ff. de rebus eorũ. Istam
diffinit. mordet Aret. quia emphyteuta & uasallus nõ possunt
liberè disponere de utili dominio. l. fi. C. de iu. emphyt. & de ꝓ
hib. feu. alie. per totum. & propterea dixit addẽdum diffinitio-
ni, saluo iure tertij. Tu cõsidera, q̃ Bar. uoluit diffinire uerum,
& proprium dñium, sed utile dñium emphyteutę & uasalli nõ
est uerum dñium, ſm Bar. in l. j. ff. eo. & ibi do. Ias. col. 13. dicit
notandũ, inferens q̃ petens rẽ sibi adiudicari ratione ueri dñij
non obtineret probando se emphyteutam, uel uasallum, quod
vltimum credo falsum per illud, quod dñt Pan. & Fel. in c. con
questus, de fo. com. & s. retuli. Vel aliter potest r̃ndere, q̃ illa ul
tima verba, nisi lex prohibeat, tollunt fundamẽtũ Are. Aduer-
te tñ, quia posset dici q̃ illa verba, nisi lex prohibeat, non de-
buerũt de necessitate apponi, per ea quæ dixi s. in diffinitione
possessionis. vñ remotis illis verbis, dico diffinitionem bonã.
non ob. arg. tit. de rebus eo. & l. fin. de iure emphy. cum sim. qa
licet requiratur certa forma in dispositione, pp̃ hoc non ob-
stat, quin dicatur libera facultas disponendi. l. j. C. de sacrosan.
eccle. l. hac consultissima. C. de test. & Instit. de exher. li. i prin.
47 ¶ † Eodẽ modo diffiniri debet proprietas, capiẽdo proprieta-
tem pro dño. si autem capiatur pro corpore rei, tunc patet ad
sensum, quid sit eodem modo, sicut dominiũ largissimè sumi-
tur ꝓ dominio iurium incorporaliũ, ita proprietas. & hoc mo-
do capitur in ista rub. iuncto. c. cum ecclesia Sutrina. j. e. Eodẽ
modo est reperire quasi proprietatem. dr̃ aũt quasi proprietas
tripliciter. Primo casu proprietas in iuribus incorporalibus. c.
fi. & ibi Pan. in 5. no. s. de iud. Secundo in locis sacris & religio
sis pro quib. cõpetunt interdicta habẽtia annexam cãm quasi
proprietatis. l. 3. §. quędam. ff. de interd. Tertio hñs titulũ a non
dño, põt dici hẽre quasi proprietatem. i. quasi dñium, vt s. dixi
Habemus insuper dñium plenum. i. rem cum vsufr. causali. l.
qui vsumfructum, cum gl. ff. de ver. obl. ita ẽt habem⁹ proprie-
tatem plenam q̃ idẽ est. l. feminę. §. illud, & ibi Bal. per illũ tex.
48 dicit se r̃ndisse Pontifici, C. de secun. nup. ¶ † Nuda autem pro
prietas dr̃ nudum dñium ab vsufructu separatũ. l. si fructuarius
ff. de vsufr. quemad. ca. l. si cuius. & l. æquissimum. §. fructuarius
ff. de vsuf. i dubio appellatione proprietatis intelligim⁹ de nu
da, ſm Fel. in c. Rodulphus, ver. territorio. s. de resc. Hẽmus in
super dñium directũ & dñium vtile, tñ hẽmus proprietatem
vtilem, quia repugnat significato proprietatis, per ea q̃ s. dixi.
& ista est dñia iter proprietatẽ, & dñium. Propterea infert Bal.
in l. 2. ff. de condi. inst. si in libello concludatur proprietatẽ ad
libellantem spectare, si probet postea se emphyteutã, dẽt suc
cũbere, quia nõ est dare ꝓprietatẽ, nisi directã, secus si dixisset
dñiũ ad se spectare. sequit̃ Ale. cõs. 159. In cã & lite, col. fi. vol.
5. & d. Ias. in l. traditionib⁹, C. de pac. & in l. naturaliter. §. nihil
cõe. col. 2. ff. e. sed ꝯtriũ tenet idẽ do. Ias. i. l. sed & si possessori. §.
itẽ si iurauero. ff. de iurei. & d. Alex. in l. si finita, §. si uectig. col.
2. ff. de dam. inte. & in d. §. dñia, col. fi. & ista opi. placet, ubi ex
alijs narratis in libello apparere posset, q̃ egisset tanquam em
phyteuta, prout loquitur Alexan. in d. §. si uectig. debent enim
49 uerba deseruire intentioni. c. secundò requiris, j. de app. ¶ † Se
primò quęro, quę sit causa possessionis & proprietatis? R̃ndet
Bal. hic, q̃ cã possessionis & proprietatis põt duplr̃ cõsiderari.
Primò ex parte ante pro cã causante. & isto modo dñiũ est cã
possessionis, quia si sum dñs, possum uẽdicare, §. alię Inst. de ac.
& cõ, cã dominij est ipsa possessio, qa ex ipsa possessione mediã
te p̃scriptione & vsucapione cãtur dominiũ. sed considera quõ
sit possibile, q̃ mutuo se inuicem producant. fortè consideran-
do dñia & possessiones tanq̃ diuersas numero, cessabit difficul
tas. Secundo modo põt cõsiderari ex parte post ꝓ cã causata, &
tunc dñium, vel vsucapiendi conditio erit cã causata ab ipsa pos-
sessio-

50 sessione.l.ex empto,ff.de act.emp.¶†Octauò,quæ sit cā.& quo
tuplex sit?lōga esset disputatio & impertinēs,io me remitto ad
Pau.& ad apostillātes ad eū i ,pę §.col.7. & ad gl.& scrib.ī rub.
ff.de cōd.& dem.& Bar.in l.vbicūq;.ff.de interr.act.col.j.vbi di
cit,q cā est,ad cuius esse sequtur aliud Aliter ēt distinit Bar.in l.
51 demōstratio falsa.§.qđ aūt.ff.de cōd.&dem.¶†Nonò q̄ro,q̄uo
sumat̄ verbū,cā,in rubr.nr̄a?Lanfr.Oria.hic r̄ndet,q ponit̄ pro
qōne seu ꝯtrouersia,& sic stat largè, s̄m gl.ī l.cās.C.de trāſ.Tu
verò ꝯsidera q in duob.Oria.vr̄ errare.Primò,dū dicit q cā ,p
priè est post lit.cōt.Cōtrariū firmat Alex.in prin.C.de iud.Cō
trariū ēt tenet Fel.in c.sup qōnū , in prin.& 1 §.j.p illū tex.§.de
off dele.& ibi Barb.inducit ad q.statutū disponit,q abiente ad
uocato cāę nō ,pcedat̄, sed sint ferię , tūc pp absenciā aduocati
erunt ferię lite ēt nō ꝯtestata,& ,pbat̄ in c.forus,de ver.sig. Se-
cūdò vr̄ peccare,dū vult,q qō dicat̄ tā ante q̄ post lit.cōt.nā ꝯ
riū tenet Bar.in l.amplius nō peti,ff.rē ra.hab.dicēs q verbum,
qō,,platū a lege intelligit̄ lite cōte.alle.l.4.cū gl. C.finiū reg.tn̄
,p opi.Ori.vr̄ tex.in l.si tibi.C.de libe.cau. Cæteras sigñationes
istorū verborū & similiū nō prosequor , q̄a ipertinētia sūt,& vi
52 deas Mod.hic,& i d.l.cās, vbi plenissime.¶†Decimò q̄ro q̄uo
cōtinuet̄ rubrica ad p̄cedētē? r̄ndet̄ plurib.modis.Primò p Pā
hic post Gofr.& ista est cois. Alio mō s̄m Host.ī Sum. Alio mō
s̄m Nouissimos hic,sed q̄a modicæ sunt vtilitatis, & de nā cō-
53 tinuationū diximus. ī.in rub.de iud.iō nūc trāseo. ¶†Vndeci-
mo ,p itelligētia q̄ro,qđ sit iudiciū possessoriū, & qđ petitoriū?
r̄ndeo,possessoriū dr̄,vbi de possessione tractat̄.Petitoriū verò,
54 vbi de dñio.l.is q destinauit.ff de rei vēd.¶†Duodecimò & vl-
timò q̄ro,quotuplex sit iudiciū possessoriū?r̄ndeo,triplex,§.se-
quēs,Inst.de iterd.declarat gl. i c.pastoralis, ī.eo.Sed aduerte,
q̄a addēdū vr̄ quartū,videlicet iudiciū conseruadæ l.3.§.missū,
ff.de Carb edic.& i l.j.C.eo.de Carb.edic. & ita dicit Bal.i c.fi.
de prohib.feu.alie.,p Fed.arguēs Imperatorē i d.§.sequēs, de di
minutione. Reperio q Lud.Ro.& Alex.in d.l.j.dñt , q iudiciū
cōseruādæ includit̄ sub interdicto retinēdæ. Sed tu cōsidera, q
interdictū retinēdæ dat̄ inter duos ꝯtendētes se possidere,§.re
tinēdæ,Inst.de interd.sed iudiciū ꝯfirmādæ,de quo in d.l.j.dat̄
ēt si aduersarius nō ꝯtendat se possidere,vt ibi dicit.Itē istud iu
diciū cōfirmādæ rō ꝯuenit ,p turbatione,q̄ fit in iudicio,vt de
clarat d.Ale.in l.si finita,in prin.col.pe.& fi.ff,de dā.infe.& cō-
si.5.col.fi.vol.2.Pa.de Ca.ꝯs.367.In cā capturę.Dec.ꝯs.192.In
cā,q̄ agitat̄,col.fi.Relinq̄t̄ ergo ꝯcludēdū,q iudiciū ꝯseruādę sit
diuersū a iudicio retinēdę,qđ dat̄ ,p molestia & turbōne extra iu-
diciali.Saluādo Imperatorē possumus dicere, q loq̄t̄ de inter-
dictis,& ista sūt tria. verū istud iudiciū ꝯseruādæ, licèt sit pos-
sessoriū, est extraordinariū, nō tn̄ est interdictū, igit̄ &c. & ita ad
laudē 12.Apl̄orum,ex istis 12.qōnib. sit expedita ista Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatio Spiritussancti in electione non est de solemnitate substantiali, nec de iure, & eius omissio non vitiat electionem.*
2 *Omissio Crucis in inuentario, non vitiat inuentarium.*
3 *Electio dicitur vnanimiter celebrata, quando nullus contradicit.*
4 *Ecclesia secularis pot dici conuentualis de iure, & proprietate vocabuli.*
5 *Electio Episcopi, & similiter cuiuslibet alterius prælati spectat ad Capitulum illius ecclesiæ, ad quam eligitur.*
6 *Cōfirmatio habet vim diffinitiuæ iuxta cōtra cōtradictores, vel cōtumaces.*
7 *Iudex non debet admittere libellos contrarios.*
8 *Sententia potest ferri pro clericis sine libello super exceptionibus. vel sub petitione canonicorum.*
9 *Quasi possessionem iurium incorporalium perdēdi modus.*
10 *Testium fidei detrahunt tria.*
11 *Quasi possessio actus collegialiter exercendi, est apud collegium, seu apud omnes, vt vniuersos, non vt singulos.*
12 *Electio facta exclusa, vel contempta maiori parte, nullo iure valet.*
13 *Cōsensus simultaneus et collegialis requiritur in his, q̄ spectāt ad plures vt vniuersos.*
14 *Querela quid sit.*
15 *Processus & sententia absque libello coram Papa valent.*
16 *Spoliatus agens rei vendicatione contra spoliantem tenetur probare se fore dominum, alias succumbit.*
17 *Victoria cum victoria debet compensari.*
18 *Exceptio spoliationis, an impediat spoliatorem agentem.*
19 *Libellus generalis & incertus, valet si ex probationibus appareat, quæ actio fuerit proposita.*
20 *Sententia debet esse conformis libello.*
21 *Sētētia lata sup deductis incidenter per modū causæ p̄iudicat ita demū in alio iudicio, vbi de illo īcidēti principaliter agitur, si sit plenè cognitū.*
22 *Veritas coram Papa potius attenditur, quàm iudiciorum ritus.*
23 *Mutatio voluntatis non præsumitur in dubio.*
24 *Filius, qui possedit bona post mortem patris, præsumitur in possessione perseuerasse vsque ad mortem.*
25 *Verba p̄teriti tēporis in aduersariis maximè dicuntur abnegatiua p̄sentis.*
26 *Possessio de præterito, an præsumatur ex possessione de præsenti.*
27 *Possessio solo animo amittitur.*
28 *Nemo compellitur subire iudicium rei vendicationis.*

D.N.

Et an, & quando liceat cuilibet dicere se non possidere. nu. 29. & 30.
31 *Homicidiū si ali quis se cōmisisse fateatur ad sui defensionē, si nō cōstet de homicidio aliter, q̄ per suā confessionē, non erit puniēdus pœna capitis.*
dñium presumptiue, qđ probabitur probando possessionẽ so-
lam, ex qua resultat pręsumptio dñij, iuxta doct. Bar. in l. pe. ff.
de cond. inst. ex istis infert, q; beneficium illius legis, non cõpe
tit malęfidei possessori, nec commodatario, aut similibus detẽ
61 tatoribus. ¶ † Tertiò dubitatur, an competat singulari successo
ri? pẽdet decisio ab his, quę dixi s. in 4. dubitatione remedij, re-
integranda. est. n. condictio d. l. cum quærebatur, ẽt in rem scri
62 pta, s̃m cõem, & j. dicam. ¶ † Quartò dubitatur, an cõpetat re-
uerso ab hostibus pro recuperãda possessione occupata tẽpore
captiuitatis: gl. in l. pen. C. de capti. & postl. reuer. dubitat, & nõ
resoluit. Alb. in d. l. cum quærebatur, determinat, q; sic, quia in
eo militat rõ legis. Contrariũ tenet Ang. ibi & Sal. in d. l. pe. qa
captus ꝑꝑ captiuitatẽ perdiderat dñium, & sic tpe occupatio-
nis res non erat in bonis suis, ergo ei non dabitur condictio, si-
cut diximus supra in re hęreditaria occupata hæreditate iacen
te. & ista opinio placet, quia reuerso succurrebatur per legem
63 Corneliam, ergo cessabit condictio subsidiaria. † Circa tertiam
qõnem. prin. dubitatur primò, an det ꝯ tertium possessorẽ? ista
dubitatio põt intelligi dupl̃r. Primò, an detur ꝯ singularẽ suc-
cessorem, q pariter occupauit vacantem, quia prius forte occu
patur eccidit a possessione, & isto casu Io. & Acc. & glo. tenue-
runt, q; non datur primo possessori, seu dño ꝯ istum singularẽ
successorẽ, quia nõ dicebatur vacare a primo, sed ab alio occu
patore. Item, qa interdictum, vñ vi, ad cuius similitudinem fuit in
troducta ꝯdictio ex illa lege, non cõpetit ꝯ singularem succes-
sorem, l. cum a te, ff. de vi, & vi arma. ergo nec ẽr condictio illa.
Cõtrarium tenẽt Bar. & cõiter alij, quia ratio legis militat. Nec
ob. l. cum a te, qa in hoc condõ illa non assimilatur interdicto,
vñ vi, cum sit condictio ipsa in re scripta, non tñ probant, q; di
catur in rem scripta. Arbitror tñ cõem esse verиorem, quia l. cũ
a te, loquitur qñ successor habuit cãm initium, vel iniustã aspo-
liatore. In casu verò nr̃o successor occupauit vacantem, quam
dñs poterat propria authoritate apprehẽdere, meritò dr occu
passe vacãtem etiam ab ipso dño, ergo eidem dabitur ꝯdictio.
Scdo modo põt intelligi in successore, q non occupauit vacan
tem, sed habuit causam ab ipso occupatore, & isto casu Inn. &
Pan. vt supra dixi, voluerunt, quòd sic. Contrarium credo ve-
rius, quia non occupauit vacãtem, & quia, isto casu s̃m veteres
leges non agebatur possessorio ꝯ tertium, d. l. cũ a te: ergo, nec
64 etiam condictione ex illa lege. ¶ † Secundò dubitatur, quis ꝑ-
feratur si primus possessor, & occupator primus concurrant ꝯ
s̃m occupatorem rei vacantis? Retenta opinione mea, q; reme
dium illius legis non detur occupatori, frustra de hoc disputat
sed tenẽta cõi dicas s̃m Bar. & alios, q; ꝑfertur prius possessor,
q iuris ꝑsumptiõe hr pro dño, arg. l. bonafides. ff. dep. & hoc fa
cit ꝯ d. Ant. prout dixi in 7. q. remedij huius canonis. ¶ Tertiò
dubitatur, an detur ꝯ occupatorem primum amplius nõ possi
dẽtem? Bar. cum quo concordant cęteri, tenet q; sic, per tex. in
l. j. s. rectissimè, ff. de vi, & vi arma. qđ intelligo ad interesse, l. si
vi me deieceris, ff. eo. prout dicit Pan. hic in 11. & licèt loquatur
in interdicto, vnde vi, tamen idem in condictione ex illa lege
65 inducta ad similitudinẽ interdicti. ¶ Quartò † dubitatur, an de-
tur ꝯ eum, qui occupauit rem vacantem credens esse suam: pu
ta. quia erat fama publica, q; illa res erat maiorum suorum? gl.
& Doct. concludunt, q; non, quia cessat ratio legis, q; debuerit
scire alienũ, qđ suum non erat, & sequuntur Pan. & alij Sed tũc
videndum est, quo remedio succurratur dño? respondet gl. &
alij, q; tunc succurritur condõne l. inuasor, C. eod. & sic no. se-
cũdã dñiam inter istas duas leges, condõ. n. l. inuasor, datur ꝯ
ingredientem rem alterius sine dolo, condõ verò l. cum quęre
batur, datur ꝯ ingredientem cum dolo, credo dñiam verã exẽ
plum tamen, q; l. inuasor, loquatur in eo, qui credebat rem esse
suam, non videtur bene cõuenire illi literę, quę vr loqui in oc
cupatore sine vi sciente rem esse alterius. Et si dixeris, quomo-
do põt esse sine dolo, qui occupat rem, quam scit nũ esse suam,
respondeo, quia probabiliter credat dñm habuisse eã pro dere
licta, ex quo non accedebat ad agrum, & patiebatur illum sta-
re incultum, arg. l. quod seruus, & quod ibi Bart. ff. de stip. seru.
¶ Est alia differentia, quia condictio, l. cum quęrebatur, compe
tit etiã ad fructus, secus in condictione l. inuasor, s̃m Bar. & cõ
muniter alios in d. l. cum quęrebatur. ¶ Circa 4. q. an agẽti con
dictione ex illa l. obstet exceptio proprij dominii, vr, qđ non
ad similitudinem interdicti, vnde vi. ꝯtrium determinat gl. com
muniter approbata in d. l. cum quęrebatur, ponderando tex. ibi,
scire enim debuit alienum. quæ põderatio facit pro opinione,
quam tenui s. contra cõmunem, in 11. q. remedij nostri cano-
nis. quod intellige, dũmodo probatio dominii offeratur incõ-
tinẽti, iuxta l. si is, a quo. ff. vt in pos. leg. & hoc puto verum, qa
si vacabat res propria occupatoris, sequitur, q; ẽt vacabat ab eo
quo casu si alius occupasset, habuisset dominus actionem, vt s.
dixi in 2. dubitatione 3. q. prin. ergo a fortiori habebit exceptio
nem, quia cui datur actio, &c. l. j. s. hic autẽ, ff. de superfi. imò te
nendo opi. q; condictio ex illa l. nõ competat malęfidei posses-
sori, vt s. tenui, dico, q; etiam obstat agenti exceptio malęfidei
66 ¶ † Circa quintã, & vlt. respondet tex. ille in fi. q; condictio d. l.
præscribitur spatio 30. ann. tanto. n. tempore tolluntur omnes
personales actiones, l. sicut, & l. omnes, C. de pręs. 30. vel 40. an.
Fallit autem in eo, qui occupat prædium tributarium, qui præ
scribit spatio biennij, si propria auctoritate intrauit, l. qui agros
C. de oi agro deser. lib. 11. Et si intrauit de licẽtia cẽsitoris, vel
perequatoris, prescribit spatio sex mensium, l. fi. C. de censi. &
67 censito. eo. tit. † Sed hic suboritur dubitatio, an ista præscriptio
procedat de iure canonico, d. Ant. hic post Bar. in d. l. cum quæ
rebatur, voluit q; sic. sequuntur Pan. & Fel. in c. vigilanti, j. de
præsc. in fi. mouentur, quia ingrediens fundum vacantem præ
sumit esse in mala fide, quæ præsumptio tollitur spatio 30. an.
sequitur Aret. cons. 112. Consideratis diligenter. & Cur. cons.
81. In primo. Aduerte diligenter, quia istud est magni effectus
si ꝑsupponamus a principio dolosum ingressum, prout intelli
gunt Doct. in d. l. cum quęrebatur. tunc non video quõ per la-
psum 30. ann. tollatur mala fides, cum aliquid non superuene-
rit, quare debuerit ingressus mutasse malum aĩum, & ideo isto
casu tenerem ꝯ Bar. & sequa. ꝯquẽ tenet Imo. in c. fi. in 2. char.
j. de præsc. & in l. Celsus, ff. de vsuca. si verò ꝑsupponamus, q;
intrauerit sine dolo, vt in casu l. inuasor. & tũc certi iuris est, q;
ꝑscribit. si verò simus in dubio, & ĩgressus alleget, q; credebat
fuisse habitam pro derelicta, dicerem q; procederet opin. Bar.
nã tunc spatio tanti tẽporis cũ allegatione bonęfidei tolleret
ꝯria præsumptio per ea, quæ dicit Bal. quẽ ibi sequit Fel. in d.
c. fi. in 3. char. prædicta vera sunt in ipso occupatore rei vacan-
tis, sed in habente cãm ab ipso occupatore seruanda est distin-
ctio auctẽ. malæfidei, C. de pręsc. long. temp. crederem ẽt, q; in
casu d. l. q agros, & d. l. si curat ꝑscriptio, dato, q; occupãs sciat
alienum, qa intra authoritate legis, quę ita statuit fauore tribu
torũ exigendorũ, & fauore agriculturæ per ea, quę dicit Pan.
de Cast. in l. sequitur, s. si viam, ff. de vsu. ¶ Vltimò quęrit Abb.
si spoliatus recuperauit rem a singulari successore, verũ possit
agere ꝯ spoliatorem ad pęnam l. si quis in tantã, C. vñ vi. & cõ
cludit, q; sic, quia vna est ciuilis, altera criminalis seu pęnalis, l.
j. C. qñ ciui. actio pręiu. cri. Aduerte inquantum Abb. pręsuppo
nit, q; agens condõne l. si quis in tantam, dicatur agere crimi-
naliter. Istud nõ est verũ, quia pęna applicatur parti, ergo ciui-
lis est actio, s̃m gl. in l. 3. ff. de sepulch. viol. & Pan. s. ĩ rub. de iu
di. Nec obst. tex. in d. l. j. quia loquitur in pęna legis Iuliæ de vi.
quę applicatur fisco, l. si quis ad se, fundũ, in fi. C. ad leg. Iul. de
68 vi. dicam de veritate huius quæstionis j. loco suo. † Aggredior
itaque remedium d. l. si quis in tantam. Et primò quęro, ꝓ qui
bus rebus detur. Secundò quibus. Tertiò contra quos. Quartò
quando. Quintò, an inuasor incidat in pęnam illius legis ipso
iure. Primũ, nunquid habeat locum pro rebus mobilibus, vide
tur, q; nõ, quia interdictum, vnde vi, sub quo est situata illa lex
nõ datur nisi pro reb⁹ solis, l. j. s. illud itaque, ff. de vi, & vi ar. In
contrarium est casus in s. quia tamẽ, Inst. vi bo. rap. & ibi est ẽt
casus alterius dubitationis, an habeat locum in immobilibus.
Item dubitatur, nunquid procedat in iuribus incorporalibus,
communis opin. est, quòd sic, & dixi in c. cum ecclesia. Sutrina,
s. de cau. pos. & proprie. Item dubitatur, an cõpetat in bñficia-
libus. tex. est q; sic. in c. eum, qui, de pręben. in 6. & in c. placuit.
16. q. 6. Sed hic suboritur alia dubitatio, an habeat locum in eo
qui violẽter expulit possessorem a beneficio sibi a sede aposto
lica reseruato. Vr q; non, quia reseruatio Papę inficit non solũ
titulum, sed etiam possessionem alterius, c. si eo tẽpore, de ele.
lib. 6. c. vt nostrũ, cũ materia, vt eccl. benefi. & ꝑꝑea dicit, q; agẽ
ti ẽt remedio reintegrandę, obstat exceptio reseruationis, s̃m

Pan. in c. in literis, ṡ. eo. & istã dicunt cõem Sent. in d. l. rem quæ
nobis, in 9. q. ff. de acq. pos. Cõtrarium credo verius per genera
lem rõnem d. c. eum qui, no᷑ ãtis audaciã & temeritatem. Nec
ob. q. reseruatio inficiat possessionem, quia anteq̃ sit cognitum
de vitibus reseruationis, non placet reseruaton istud allieuet. .
re, c. licet Episcopus, de preb. eo. n. vel esto, q. inficiat ciuilẽ, ne-
gari tñ non põt, quin naturalis sit apud alium, pro qua naturali
violenter occupata habet locum pęna d. c. eum qui, & d. l. si qs
in tantam, vt ĵ. dicetur. & licet stante reseruatione non sit fien
da restitutio spoliato non habenti titulum, non tñ sequitur, q.
ingrediens nõ amittat ius suum, & sic q. Papa possit beneficiũ
alteri conferre, & ita determinat collector Rotæ, licet ista non
69 adducat, in deci. 16. sub rub. de rest. spol. in nouis. ¶ †An aũt ap-
prehendens possessionem beneficij vacuam propria authorita
te sine executorialibus, seu ante fulminatum ꝓcessum, perdat
ius suum? consului isto anno, q. non, imo dixi, q. licet ꝓpria au
thoritate intrare ea rõne, qa in beneficijs collatiuis tm̃ operat᷑
collatio, quantũ in electiuis electio, ſm Pan. in c. dudum, col. 3.
in fi. de ele. no. in c. cũ olim, de cau. pos. & propr. sed electus po-
test propria authoritate apprehendere possessionem absq; pe-
riculo amissionis iuris sui, c. auaritiæ, de ele. in 6. c. nosti, c. quali
ter, eo. tit. in antiq. ergo ẽt poterit is, cui est facta collatio, maxi
mè per Papã, quia illa tribuit plenũ ius, ſm Pano. & Fel. in c. cã
te, col. 2. ṡ. de rescr. & ita dicit Pan. in c. transmissa, de elec. & Pe
ru. in d. c. eum qui. facit decisio gl. *communiter* approbatæ in l. si.
C. vnde vi. est verũ, q. Egid. Bella. cons. x. col. 5. dicit, q. Audito
res curiæ practicãt ꝯrium, q. non sit licitum intrare propria au
70 thoritate, nõ tñ dñr, q. priuetur iure suo. ¶ †Quintò dubitatur,
an habeat locum in eo, q. accepit equum soliuaguin in pascuis?
Ista q. potest tripliciter intelligi. Primò in eo, qui accepit equũ
alienum in proprijs pascuis pro damno dato, & isto casu nõ in
cidit in pęnam, ſm Gand. in tract. malefi. sub rub. de penis, col.
3. Scdò põt intelligi in eo, qui accepit equum aberrantẽ. & isto
casu, quia possessio equi desiderat esse apud possessorem. l. 3. §.
Neratius, ff. de acq. pos. non habebit locum pœna d. l. Tertio pt
intelligi in capiẽte equum in pascuis cõibus, vel proprijs ipsius
possessoris, vel cuiuslibet alterius. & isto casu gl. & Bart. tenent,
q. incidat in pęnam. Contra. tenẽt ibi Old. Alb. & Sal. quia nul-
la interuenit violentia, & ista sequuntur Mod. Peru. in d. §. Ner
71 ua. †Sextò dubitatur, an procedat in rebus, quas spoliatus in cõ
tinenti recuperauit, iuxta l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi ar. vr̃ q.
non, qa non dr̃ spoliatus qui incontinenti recuperauit, l. 3. ff. de
diuor. & ita tenent gl. Pet. Cy. Alb. Bar. & Sal. in l. si qs ad se fun
dum, ad leg. Iul. de vi. glo. & Bar. in l. qui possessionẽ, ff. de vi, &
vi arma. mouentur per tex. in l. vulgatis, §. qui furti, ff. de fur. &
pro ista parte facit decisio Iac. de Are. in l. mãcipia, C. de ser. fu
gi. q̃ sequit᷑ d. Ias. in l. 1. col. 2. ff. de iust. & iur. Contrarium credo
verius, quia d. lex fuit facta ad puniendum audaciam & violen
tiam. Ad tex. in d. §. qui furti, rñdeo retorquendo, q. ibi punitur
violentia, licet non teneat᷑ furti. Si dicamus, q. puniatur pęna l.
si quis in tantã, ꝓp delictum violentię consummatum, licet nõ
72 teneatur ad restõnem, qa non sit secuta spoliatio. ¶ †Septimò
dubitatur, qd si inuasor pęnitentia ductus anteq̃ conueniat᷑ fe-
cerit restõnem rei spoliatæ, an euitabit pęnã illius legis? ꝑmis-
sa decisio facit, q. non. ad idem facit tex. in c. sicut dignũ, §. eos.
& quod ibi no. Pan. ĵ. de hom. sed ibi loqtur in foro poli. ad idẽ
l. 1. C. qñ ciui. act. sed ibi loqtur in restituente inuito, & in pęna
fisco applicanda. ad idẽ facit, qa in delictis in faciendo mora est
impurgabilis, l. 1. §. si rẽ. ff. depo. si. Bar. in l. si insulam, in 6. q. ff. de
verb. obl. & istud credo verũ, si spoliatus in actu restõnis fuerit
protestatus, saluo iure pęnæ, arg. l. si debitor, §. in vendõne. ff. q.
mo. pig. vel hypo. sol. Sed dubitatio remanet, an spoliatus spõte
rem recipiens sine protestatione cẽseat᷑ remisisse pœnã, vr̃ q.
sic, per tex. in l. si duo, ff. si quis cautio. & in l. post diẽ, ff. de leg.
commisso. & per vnam cõem sñiam, de qua per d. Ias. in l. 2. in
63. col. C. de iure emphy. Cõtrarium puto verius ꝑ tex. in l. pe.
ff. vi bon. rap. & in l. qui ea mente, ff. de furt. Non obstãt ꝑalle-
gata, qa loquunt᷑ in pęna conuentionali, cuius exactione tollit᷑
actio sortis, & eꝯ, l. fi. ff. de pręto. stip. §. non solum, Inst. de verb.
obl. & traditur in §. Cato. ff. eod. nos aũt loqmur in pęna legali.
non ẽt obstat decisio cõis, qa loqtur in pęnæ cõmissa in non fa-
ciendo, nos loqmur in pęna cõmissa ꝓp delictum in faciendo
& inter ista est magna dñia. Grauius est. n. delictũ ĩ faciẽdo, iux-
ta gl. in l. si mora. ff. sol. matr. & iõ in illis non admittitur purga-
tio moræ, secus in commissis in non faciẽdo, & iõ dñs recupe-
rans pentionẽ ab emphyteuta, sine protestatione vr̃ consensis-
73 se purgari moram, quæ rõ cessat in casu nostro. ¶ †Octauò dubi
tatur, quid si spoliatus ex interuallo spoliauit spoliatorẽ, an per
dat cõdõnem d. l. si qs in tãtã? vr̃ q. sic, qa dolus cũ dolo dẽt cõ-
pensari, l. q. duo, ff. de dolo. l. viro atq; vxore, ff. sol. mat. c. plerũ-
que. ĵ. de dona. inter vir. & vxo. & pro ista parte facit tex. in l. si
aliud. §. bellissime, ff. qđ vi, aut clam. ꝯrium determinãt gl. Bar.
& al. ĵ in l. si qs ad se, C. ad leg. Iul. de vi. & in d. l. qui possessionẽ,
per tex. in l. qui vas, in prin. ff. de fur. ad ꝯria respõde, vt ꝑ Bar. ĩ
D. N.

74 locis præalleg. ¶ Nono †dubitatur, an affectãs priuari incidat in
pęnam d. l. in præiudicium lgĩmæ filiorũ? vr̃ q. sic, quia ꝯhendo
põt alienare oĩa bona sua ẽt in præiudiciũ legitimę filiorũ, ſm
Bar. in l. hereditatiũ, ff. de bon. auth. iud. pos. ergo. & delinquen-
do, arguẽdo de ꝯtēb. ad delicta, l. oẽm, ff. de iud. Facit, qa lgĩma
est tertia, vel semis, ſm numerum filiorũ eius, qđ reperit᷑ in bo-
nis pr̃is tpe mortis, deducto ære alieno, l. Papinianus, §. 4. ff. de
inof. test. l. cum q̃ritur, & auct. nouissima, C. eod. In ꝯrium facit,
qđ dicit Bal. in l. 1. ĩ fi. C. si quis in fraud. patr. ¶ Adde d. Ias. in §.
itẽ si qs in fraudẽ, in 1. col. ĩ ver. & an si pater amisit, Inst. de acti.
vbi si pater amisit oĩa bona sua in ludo azardi, filij poterunt re-
uocare vsque ad eorũ lgĩmam. & idẽ voluit Bal. in rub. C. de cõ
di. ob tur. cau. sequtur d. Ias. in l. si arrogator, in 9. col. ff. de adop. si
constaret de fraude res esset clara pro filijs, per tex. ĩ le. fi. ff. si qs
in frau. patr. Si aũt non appareret, dicerem, q. si ꝓp inuasionem
sequeret᷑ priuatio oĩum bonorũ, q. ꝓsumeretur fraus, arg. l. oẽs,
§. Lucius, ff. de his, quæ in frau. cred. & ibi Bar. Nec obst. decisio
Bar. in d. l. hæreditariũ, quia eã reprehendit Ang. in d. §. quarta
& Rom. in notabilibus post singularia, notab. 90. incip. Quidã
Card. & Alex. cons. 55. col. 2. vol. 1. Saltem non est vera illa deci
sio ĩ alienatione bonorũ facta ex cã lucratiua, vt tenet ipse Bar.
in l. non vsq; adeo, ff. si quis a paren. fue. manu. & in isto casu ꝓ-
cedit thema qõnis nr̃æ, qa oẽ qđ alteri acquirit᷑ rõne pęnæ, dr̃
acquiri ex cã lucratiua, ſm Bar. in l. Meuius, §. duob. col. pe. ff. de
75 leg. 2. ¶ Decimò †dubitatur, an prosit ista cautela volenti renũ-
ciare beneficio inuito Epõ, & se intrudere, vel vi beneficiũ oc-
cupare? vr̃ q. sic, qa intrudens se, vel violenter occupans priuat᷑
a lege ipso iure, d. c. eum q. in ꝯrium facit tñta rña, inducta in o-
dium non debent retorqueri in fauorẽ, nec eꝯ, c. inter corpora
lia, §. qđ nec exceptione, ṡ. de trãsl. prælat. facit l. qđ fauore, C. de
legi. & inducta ad vnum effectum nõ debẽt operari ꝯriũ, l. lega
ta inutiliter, ff. de leg. 1. & istam partem tenent Ioã. de Lign. Ge
mi. & Peru. ibi, pro qua allego bonũ tex. in arg. c. fi. de renuncia
76 tio. in 6. ¶ Vndecimò dubitatur, an ꝯdõ d. l. procedat in peculio
aduentitio, qđ filiusfamilias inuasit? vr̃, q. non, quia filius nõ pt
illud alienare sine consensu pr̃is hñtis vsumfructũ, l. cũ non so-
lum, §. filij. C. de bo. quæ lib. Cõtrariũ tenet Iac. de Are. qa rõ d.
l. militat ẽt in filio committente violentiã. Nec ob. ꝯrium, quia
non est filius, qui alienat, sed ipsa lex. Quid tenẽdum? Bar. ibi di
cit se fuisse tãtę audacię, q. ausus fuit cõsulere ꝯrium, motus qa
in confiscatione bonorum non veniunt bona prohibita aliena-
ri fauore tertij, l. quicũque, ff. de bo. dam. l. finita, §. si de vectiga
libus. ff. de dam. infec. sequitur Alex. cõs. 23. col. 2. vol. 1. Dubito
de audacia Bar. primò, qa filius nõ prohibetur alienare peculiũ
aduẽtitiũ principaliter fauore patris, sed fauore suo, ne ꝓp iuue
nilem calorem tristem exitum sentiat, d. §. filij. pręterea in om-
ni alienatione ẽt in confiscatione bonorum, intelligitur saluo
vsufructu alteri debito, l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adult. Se-
cũdò ꝯ Bar. facit, quia pr̃ tenetur de peculio profectitio pro in-
uasione, & violentia alteri facta, l. in peculium, ff. de re iudi. l. 3.
§. idẽ scribit, ff. de pec. ergo a fortiori debet procedere pęna vio
lentiæ in peculio profectitio saluo vsufructu, cum habeat pater
plus iuris in profectitio, q̃ aduẽtitio, l. ꝓfectitia, ff. de iur. dot. cũ
simi. & sic tollitur fundamentum Bar. quia posito, q. in cõfisca
tione bonorum non veniret peculium aduentitiũ (qđ non cre
do) tñ deberet venire in actione ciuili, l. si qs in tantã, C. vñ vi,
qa ẽt pater pro violentia tenetur de peculio iuribus præallega.
77 ¶ †Circa scđam principalem qõnem dubitatur. Primò, an cõdi
ctio d. l. detur cõmodatario, & similibus? Ista dubitatio põt hr̃e
duplicem sensum. Primò, an det᷑ ꝯ dñm. Scđò ꝯ extraneũ. Pri-
mo casu gl. Bar. & *communiter* cęteri cõcludunt, q. non, quia dñs
ipse possidet, l. si colonus ff. de acq. pos. cum sim. ergo nõ dicet᷑
commissa violentia in possessione alterius, prout requiritur in
d. l. videatis vos tex. in §. fi. Inst. vi bon. rap. vbi dr̃, q. nõ dat᷑ istis
cõdictio, vt dñium ꝓsequant᷑, sed solum ad interesse. Ista decisio
limitatur, nisi colonus, vel cõmodatarius interuerterit possessio
nem dñi, qa tunc ipsi dicerẽtur possidere, & dñs. Ista litatio est
satis iniqua, qa hoc modo melioris est cõdõnis malus colonus
q̃ bonus, ꝯ l. qđ Seruius, ff. qđ vi aut clam. Scđo casu dicas cõdõ
nẽ dari dño possessori, & non ipsius detẽtatoribus, qa apud eos
non est constituta possessio, prout requiritur in d. l. si quis in tã
78 tã. ¶ †Scđò dubitatur, an det᷑ clandestino possessori ciuili apud
alium remanente. Alex. cõs. 80. incip. Examinato processu, vol.
3. in simili casu tenet q. non. dicit. n. q. statutum puniens turbã
tem alium in sua possessione dẽt intelligi de possessione ciuili.
alleg. Bal. in l. 1. C. commu. de vsucap. Credo verã decisionẽ, vt
non detur clandestino possessori ꝯ eũ, q. ciuiliter possidebat, ꝑ
id qđ decidit Cępol. cautela 123. incip. Nota diligenter tu Ad-
uocate. ubi instruit partẽ, quæ cõsidit hr̃e ꝓbationes possessio-
nis suæ, q. violenter expellebat alium possessorem, qa si ꝓbarit
se possidere, nõ incurret pęnã d. l. q̃ ꝓcedit ꝯ inuadẽtes posses-
sionẽ alienã, nõ si suã tueant᷑. & hoc voluit Abb. in c. 1. ĵ. de im-
mu. eccl. & hoc ꝓcederet sine dubio, tenẽdo opi. Azo. q. vnica
79 tñ sit possessio. † Tertio dubitat᷑, an cõpetat ciuiliter possidẽti,

quē reuersum nō admittit clandestinus possessor? Cy. & Alber.
tenent, q. sic, & hoc verum, quia ciuilis possessor non admissus,
80 dr violenter expulsus, l. j. §. siue autem, ff. de vi, & vi arm. † Quar
tò dubitatur, an detur furi ꝯ dñm? gl. in d. l. si quis in tātam, rñ-
det q. non, si dñs abstulerit per vim anteq̄ fur cū re peruenerit
ad locum destinatū, l. 3. ff. de fur. l. q liberā, C. qñ lice. sine iud. se
vind. Alij verò aliter distinguunt. aut dñs abstulit incontinēti,
aut ex interuallo, sed in idē reincidit. intellige verū, nisi in defe
ctum iustitiæ, quo casu licēt ēt ex interuallo, ſm gl. in c. huma-
nū genus, 1. dist. de qua dixi in c. 1. s̄. de iud. Secundò intellige in
foro fori, secus in foro poli, dūmō sine scādalo auferat, ſm Inn.
in c. olim, j. de rest. spo. & Pau. de Cast. cōs. 329. Priusquam iura
fierent, ſm antiquā impressionē. Alc. cōs. 125. vol. 1. Pan. in c. 1.
col. 2. s̄. qđ met. cau. d. Ias. in l. 1. col. 5. C. de test. Bal. in c. sicut, 3.
de iureiu. & d. Ant. de But. in c. 1. de do. & ꝯtu. & in c. pleriq;. de
immu. eccl. Facit gl. sing. in c. fraternitatis, 7. q. 2. de qua per Fel.
in c. audiuimus, j̄. de simo. & in ca. 1. s̄. de cōst. Tertiò intellige,
nisi dñs incontinenti rem suam furi ablata iudici consignaue-
rit, l. qui vas, in prin. ſm vnum intellēm. ff. de fur. sequit Sal. in d.
81 l. si quis in tantam, col. 4. ¶ † Quintò dubitat, an ꝯdō d. l. cōpetat
filio ꝯ patrem, & liberto ꝯ patronū? Gl. Bar. & *communiter* Doc.
tenent q. non, quia infamat saltē infamia facti, & actiones famo
sæ non dantur ꝯ patrem, vel patronum, l. non dēt, ff. de dolo. Fa
cit tex. in l. j. §. interdictum hoc, ff. de vi, & vi arma. ¶ No. ratio-
nem, qa ea attenta dicendū est, q. ēt non detur plebeio aduer
sus consularem uirum, neq, uili aduersus nobilem bonæ famæ,
& approbatæ uitæ, ut dr in d. l. non dēt. neque ēt aduersus parē
tes spirituales, ſm d. Ias. in l. gñaliter, 1. de ī ius voc. & Fel. ī c. ce
terum, col. 3. s̄. de iud. ubi ēt Pano. col. 5. dicit nō dari uasallo ꝯ
d ñm. Contrarium tenet Albe. & Bal. quia in delictis reuerentia
nihil operatur. qđ nihil est, quia nō operatur si criminaliter aga
tur: secus si ciuiliter ad pœnā parti applicandā, l. j. ff. rerū amot.
melius pro sua op. facit tex. ille in sui generalitate, in uerbo, si
quis, iunctis his quę notan. in l. si quis maior, C. de trās. & in ver
bo, apud quoslibet. nisi dixeris, q. illa generalitas dēt restringi p
82 leges antiquas, l. nō est nouum, & l. seq. ff. de leg. ¶ † Sextò dubi
tatur, an detur priuigno ꝯ nouercā, & uitricum? vr q. nō, quia
parentum loco sunt, §. affinitatis, Inst. de nup. Contrariū est ve
rius, per tex. in l. quę nondum, & l. de his, C de fur. posset tñ pro
babiliter dici, q. actio famosa non detur ꝯ nouercā viuente pa-
83 tre, arg. l. 1. §. fi. ff. de iniu.? ¶ † Septimò dubitatur, an cōpetat prī
ꝯ filium, & patrono ꝯ libertum? gl. & alij tenent, q. sic, p tex. in
84 l. si quis vxori, §. si filius, ff. de furt. ¶ † Octauò dubitatur, an cōpe
tat creditori pro pignore sibi violenter ablato per debitorē? vr
q. non, quia debitor dominiū pignoris possidebat, l. j. §. per ser-
uum, ff. de acq. poss. Contrarium tenent glo. & Doct. in d. l. si q̄s
in tantam. quia debitor fictè, & quo ad quid tantū possidet, sed
verè possidet creditor, l. qui pignori, ff. de acquir. poss. & in d. §.
per seruum. Ego intelligo istam decisionē procedere in pigno-
re conuentionali, secus in pignore prætorio, per tex. in l. 1. §. cre
ditores, ff. vti possid. Secundò intelligo in pignore cōuentiona-
li tradito, secus in pignore nondum tradito, per l. si rem, §. pro-
priè, ff. de pig. act. seruata tamen distinctione, an debitor incon-
85 tinenti, vel ex interuallo abstulerit. ¶ † Nonò dubitatur, an eꝯ
competat debitori ꝯ creditorem, qui violenter expulit eum de
possessione pignoris? Doct. post gl. concludunt, q. sic, quia verū
est dicere creditorē inuasisse possessionē rerum apud alium cō-
stitutarum. sed hic attende, quia talis creditor punitur per edi-
ctum diui Marci in amissione crediti, l. extat. qđ met. cau. ergo
non debet puniri ēt pœna l. si quis in tantam. nemo. n. est tripli
ci pęna puniēdus, c. at si clerici, in prin. s̄. de iud. Pro resolōne q-
dam dicūt, q. per l. si quis in tantā, priuatur iure pignoris, p edi-
ctum verò priuat credito, & sic non erunt duæ pęnæ, quia vna
est inclusa in altera. perdito. n. credito principali extinguit ius
pignoris, l. si deferente. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. sol. Ista intel
ligentia non placet, quia quantū ad istum casum, l. si quis in tā-
tam, hoc modo intellecta esset frustratoria. Alij dicunt, q. p edi
ctum priuatur credito, per l. si quis in tantam, tenetur ad æsti-
mationem. sed nunc stat ꝯtrium, q. esset nimis acerba pœna: vñ
respondeas, q. licēt violentus inuasor incurrat vtrunque, electa
tamē vna actione ad vnam pœnam, tollitur altera, l. plura, cum
gl. ff. de actio. & obli. Contra tamen illā solōnem obstat text. in
l. j. ff. vi bon. rap. sed rñde, vt per Bar. in l. j. §. dixerit aliquis, ff. de
pub. ¶ Retenta igitur ista opinione, q. detur creditori ꝯ debito
rem, intellige nisi creditor abstulisset a debitore fugitiuo. l. ait
prætor, §. si debitorem, ff. de bis, quæ in frau. cred. de quo dicas,
vt dixi in c. 1. s̄. de iud. ¶ Secundò intellige, nisi ex pacto esset da
ta licentia creditori capiendi pignus propria auctoritate, l. 3. C.
de pig. ſm glo. Bar. & alios in d. l. si quis in tantam. Sed aduerte,
qa pactum hmōi debet intelligi dummō non inueniat resisten
tem ſm Bar. in d. l. 3. in 4. q. Pan. in c. verum, ad fi. s̄. de fo. cōpe.
cum ergo vigore pacti non licuerit intrare cū violentia, debuit
incidisse in pœnam, sicut spoliatus, qui ex interuallo violenter
recuperat suam possessionem. sed hoc non obstante, adhuc vr

tenenda opinio gl. quia violentia vr potius facta pro defensio-
ne iuris sui, q̄ animo spoliandi alterum, quo casu violentia non
est punibilis, l. 4. ff. ad leg. Aquil. Facit decisio Bald. & Sal. in l. 1.
vt allegas, C. de sicar. & in l. neminem, C. de exhib. reis. vbi cre
ditor nō teneatur de vulnere illato debitori fugitiuo se telo de-
fendenti. & posito q. incideret in pœnam d. l. tamen negari nō
potest, quin debitor pariter violētiam fecerit creditori in quasi
possessione iuris intrandi, ergo & ipse incidit in pœnam, & sic
esset compēsatio damnorum facienda, vt declarat Bartol. in l. si
86 quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi. ¶ Decimò † dubitatur, an
competat debitori ꝯ creditorem, qui inuasit possessionem pre
textu licentiæ de intrādo propria authoritate sibi a iudice, vel
a Principe ꝯcessæ? ista dubitatio pōt dupliciter intelligi. Primo
in licentia intrandi propria authoritate simplr concessa. Sedū
pōt intelligi in licentia cōcessa ēt intrandi cū violentia. Primus
casus potest subdiuidi. Aut loquimur in licentia concessa, cita-
ta parte & seruatis seruādis, & sic valida. Aut loquimur in licen
tia nulla, vel iniusta. si loquimur in snia valida, tunc Barto. & alij
communiter in l. iustè possidet, ff. de acq. pos. concludunt, q. inci-
dat in pœnam, quia talis licentia concessa parti de intrando p-
pria authoritate dēt intelligi sine violentia, qđ etiā tenet Bart.
in d. l. 3. in 4. q. Pan. & Fel. in c. decætero, j̄. de re iud. Contrariū
tenet Imo. in d. l. iustè possidet. gl. & Sal. in d. l. si quis in tantam.
Fel. in c. cum causam, s. de offic. deleg. & hoc puto verius p ea,
quæ dixi in creditore intrāte ex pacto: nam in omnibus idem di-
cendum, quod in debitore intrante de licentia iudicis valida,
quia factum iudicis legitimum censetur factum partis, l. ob cau
sam, C. de euic. l. si pignoris, ff. fam. ercis. Item per tex. in d. l. me
minerint, C. vnde vi, a ꝯtrio sensu. si verò intrauit de licētia nul
la defectu citationis, certum est, q. incidit in pœnam d. l. memi
nerint, etiam si præcessisset citatio generalis per edictum: quia
debuit possessor citari in specie, ſm Bar. cons. 91. in q. uertente
bene facit l. si eo tempore, de remiss. pign. Sed dubium est quid
si erat nulla alia ratione, gl. ibi tenet, q. isto casu incidat, ꝯtrium
tenet gl. in d. l. si quis in tantam. sequuntur Bar. & cōiter Doct.
in d. l. iustè possidet. ꝯ cōem tenet Bal. in disputatione sua, inci.
Accusatus de ui, quē sequitur Rom. in d. l. iustè. ego credo opi.
Bal. quantum sit respectu pœnæ l. si quis in tantam, posse de iu-
re sustineri, quia l. si quis in tantam, est facta ad puniendum au-
daciam, & temeritatem, quæ temeritas cessat stante licentia li-
cēt nulla, per ea quæ dicit glo. in c. 1. in uerbo, presbyteri. & ibi
Imo. & Card. de priui. Item dubium est, quid si licentia erat ua-
lida seu iniusta? *communis* snia est, q. talis licentia excuset, nisi
esset notoriè iniusta, quo casu non excusat, sicut si esset nulla, se
cundum Arch. in summa, 2. q. 2. Io. And. in addit. Spe. in titu. de
petitio. & posses. §. quoniam. Old. cons. 227. inci. De toto thema
te. Facit gl. & ibi Abb. in c. conquerente. s̄. eo. & quę congerunt
Mod. in l. j. in prin. col. 5. ff. de no. ope. nunc. Item scias, q. si con
stat spoliatum nullum ius habere, tunc ingrediens authoritate
licentiæ nullæ, etiam defectu citationis, non incidit in pœnam
d. l. meminerint, ſm Dec. consi. 191. col. fi. sed certè non video,
quomodo possit iudici constare, possessorem nullum ius habe-
re omissa citatione, vt dicit in simili text. in cle. pastoralis, de re
iud. Itē licēt posset ferri snia parte non citata, qñ notoriè con-
stat de non iure suo. tamen talis snia lata ab inferiore non præ-
stat causam intrandi propria authoritate per vim, vt j̄. dicetur.
Item in ꝯtrū facit d. l. meminerint, & d. l. si quis in tantam. vbi
præsupponitur ingredientē ius habere, & iō de hoc dicto De-
cij ego dubito. Bene verū est, q. si spoliatus virtute licentiæ cō-
cessæ parte non citata, pariter missus fuisset in possessionem a-
lio non citato, q. isto casu ingrediens non incideret in pęnam
d. l. meminerint, ſm Inn. in c. querelam, s̄. de elec. Bal. in l. si pa-
cto, quo pęnam, C. de pac. & Rom. in notabilib. post singularia,
no. 366. qđ incipit. Possessio, in antepe. char. vbi allegat tex. in l.
pe. §. hoc edictum. ff. si mulier vent. nomi. Tu adde bonā glo. in
l. minor, §. j. ff. de euic. & Phil. Fran. in c. 1. licēt Eps, de præb. qđ
ego intelligo verū semota violentia: alias si vterque commisis-
set violentiam, vterq; incideret in pœnam, d. l. si quis in tantā,
vt s̄. dixi tenere Bar. i l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi.
87 ¶ † Tertio casu, si quis ingrediatur authoritate licentiæ cōcessæ
expressè intrandi per vim, si concedatur talis licentia a Princi-
pe ex certa scientia, ingrediens per vim excusatur a pœna di-
ctarum legum, secundum Alb. in d. l. meminerint, & Dec. in q.
cons. 191. Bene facit text. in d. l. ait prætor. § si debitorem, ff. de
his, quæ in frau. credi. arguendo de lege mortua ad Principem,
qui est lex viua in terris, §. nos autem, in Authen. de Consul. Si
verò concedatur ab inferioribus, incideret in pœnam, secundū
distinctionem, s̄. traditam, quòd *communis* opinio est, quòd in-
ferior non possit concedere licentiam parti intrandi per vim
secundum Ang. in l. qui restituere, ff. de rei ven. per illū text. &
d. Ias. post alios in d. l. iustè possidet. ¶ Circa tertiam principalē
88 quæstionem. † dubitatur. Primò, an competat ꝯ mulierē, vide-
tur, q. non, quia loquitur per verbum, si quis, masculini gene-
ris, & in pœnalibus, in quibus masculinum non concipit fœ-
mininum,

minimum,l.quis. us,C.ad leg. Iul.maiest.not.Bald.post alios in
l.quicunque,C de seruis fug.Contrariū firmant glo.Bar.& alij
in d.l.si quis in tantam,quia masculinum etiam in pęnalibus cō
cipit fœmininum,l.si qs id,qđ.vbi plenissimè d.Ias.ff.de iurisd.
om.iud.ca.generali,vbi glos.magistra,de elec.lib.6. Benè facit
l.si quis maior,C.de trāsac.iunctis his,quæ ibi scribit d.Ias. post
Fulg.Facit etiam, quia lex pęnalis loquens in masculis gřa fre-
89 quentioris vsus,habet† et locum in fęminis.fm gl. sing.in l.j.in
verbo,sponsam, C de raptu virgi.per quam dicit Fel.in c.cam,
col.fi.j.de proba.q. si sponsus litigans in causa matrimoniali,cū
sponsa timeat per vim mitti in possessionē mulieris luxuriosæ,
q. ista sponsa sequestranda erit in monasterio,sicut si ipsa time
ret violentiā sponsi. Ad ɔ̄ria rńdeť, q. loquitur in odiosis odio
irrationabili , nos verò loquimur in materia indifferenti, & in
odiosis odio rationabili,& ad istā solutionem, & materiam vi-
dees plenissimum consilium Cur.Sen.cons.9.per totum.Card.
in cle.j.in 2.3.& 4.q.de elec.Fel.remissiuè in c.de monialib⁹, j.
de sent.excom.Barb.in sua hierarchia,in 2.char.& seq.& d.Ias.
90 in l.Gallus,in prin.ff de lib.& posth.¶ †Iuxta hoc dubitatur,an
mulier excusetur a pęna d.l.prætextu iuris ignorātię?Ista dubi
tatio habere potest duplicem sensum.Primo, an excusetur qū
inuadit alienum,;& in hoc omnes concordant, q. non, quia in-
uadens alienum est ɔ̄ ius naturale,cuius iuris ignorancia nemi-
nem excusat,l si adulteriū,§.j.ff.de adulte.Secundo,an excuse-
tur, quia inuadit rem propriam credēs de iure sibi licere.Ross.
Iac.But.Bar.& Sal.ibi determinant,qđ sic,quia inuadere re pro
priam non est ɔ̄ ius naturale.patet,quia ante illam legem inua
sor rei propriæ non puniebatur, § pen.Instit.vi bon.rap.ɔ̄n um
tenet gl.l.regula,in prin.ff.de iur.& facti igno. Rocle.& Bal. in
d.l.si quis in tantam.Alex.in d.l.iustè possidet col.pen.& in ɔ̄s.
103.Videretur prima consideratione dicendum,col.6.vol.j.di
cens idem in rustico minore,& muliere.fundamentum istorū
est,quia mulieres nō excusantur prætextu iuris ignorātiæ, nisi
in casibus a iure expressis,l.fi.C.de iur.& facti ignorāt. Quid te
nendum ? ego sequor hanc vltimā partem, pro qua vř casus in
d.§.pen.sic inducendo, clarum est, q. dispositio illius §.& d.l.si
quis in tantam,habent locum in mulieribus.cum ergo ibi dica
tur,imprudens iuris non excusatur,& verbū,imprudens,intel-
ligatur etiam in fęmina:restat dicendum,q. ibi decidatur casus
91 ɔ̄ Bar.¶ Secundo† moueor,in dānis euitandis parificata est cō-
ditio mulierum,& masculorum per legem antiquam,vt quili-
bet excuseť, l.error, ff.de iur.& fac.ign.lex ergo noua superue-
niens videlicet l.si quis in tantam, loquens in masculis, vt non
excusetur,habebit locum in fęminis,quia vbi duo sunt ęquipa
rata a lege antiqua, lex loquēs in vno habebit locum in altero,
fm gl.in l.si qs seruo,C.de fur.& in cle.constitutiones,de regu
92 la.lib.6.etiā in pęnalibus,fm Pan.in c.si.col.3.de rescrip.† Ter-
tiò no.q. dicere sibi ius ꝓpria auctoritate ꝑ vim, vř ɔ̄ ius saltem
quasi naturale,quo iure inuenti sunt iudices, ne locus esset au-
daciæ,l.2 § j.ff.de orig.iur. sed error huius iuris quasi naturalis
non excusat mulierem,l.venia,C.de in ius vocan.& per ista cō
silui in ciuitate Arelatensi , mulierem nō excusari a pęna l.nō
est dubium,C.de leg.quia legatum debet accipi de manu hęre
dis,vt dicit tex.in §.legatū,Inst.de leg.in fi.dum dicit ab hære-
de præstanda, nisi testator dederit licētiam accipiendi propria
auctoritate.est verum q. d. Alex.in d.l.iustè possidet,& in d.ɔ̄s.
103.intelligit illud procedere, si potuit cōsulere peritiores, qđ
intellige si in ꝓpinquo sunt, alias secus , iuxta tradita in l.iuris
ignorantia,C.qui admit. quæ opinio est æqua, fundamenta ta-
93 men prædicta aliqualiter refragantur. ¶ Secūdò † dubitatur,an
competat ɔ̄ fideicōmissarium, qui de facto occupauit res lega-
tas,vel fideicommisso subiectas.Soc.cons.33.quod incipit,Pro-
sequēdo ordinem,colum.7.vol.j.distinguit.Aut occupauit an-
te aditam hæreditatē, & non competit. Aut post, & tunc con-
tra eum competit triplex remedium.Primum, l.non dubium.
Item,d.l.extat.Item,e.l.si quis in tantam. Tu verò cōsidera dif-
ferentias inter ista remedia,nam condictio l.non dubium,licèt
detur ad pęnam,non tamen videtur competere ad recuperan-
dam possessionem.¶ Secundò datur contra legatarium, vel fi-
deicommissarium occupantes res legatas, non autem cōtra oc
cupantes res hypothecatas pro delicto , vt probat text. ibi pro
portione competenti. Item considera, quod condictio d.l.ex-
tat,non videtur dari contra occupantes res proprias,sed solum
contra occupantes res debitas:sed condictio l.si quis in tantam
competit tam contra occupātes res proprias, quam obligatas,
& penitus alienas,& tam ad pęnam,quam ad restitutionē pos-
sessionis,& sic pinguius prouidet,quam reliqua remedia.Item
aduerte , quia non videtur verum , quod condictio l. si quis in
tantam,detur contra legatarium,per tex.in d.§.pen.Insti.vi.bo
nor.rap.vbi dicitur, quod antea occupans rem propriam absol
uebatur , quod non est verum in occupante rem legatam , d.l.
94 non est dubium,& toto titu.ff.quorum legat.¶ † Tertiò dubita
tur, an filius occupans vnam rem hæreditariam pro sua legiti-
ma priuetur iure suo? Breuiter cōsiderandi sunt tres casus.Pri-
D.N.

mus est, quando filius est hæres institutus & grauatus de resti-
tuendo, isto casu potest propria auctoritate eligere legitimam
suam in vna re , & de illa disponere arbitrio suo non citatis fi-
deicommissarijs,secundùm Bart l. Marcellus.ff ad Treb. cum
enim sit creditor in sua legitima sitque etiam hæres,poterit si-
bi soluere,l.fistulas,§.qui fundum,ff.de contrahen.empt.Secū-
dus casus est,quando est institutus filius in certa quota pro sua
legitima, & isto etiam casu potest propria auctoritate occupa-
re,secundum Bal.in l.si quis in suo,C.de inoffi.testam.quod in
tellige verum,hærede vniuersali nō existente in possessione to
tius,secundum Cur.seniorem cons.13.incip. Statuto Ianuæ ca
uetur, col.3.in fi. Tertius casus est , qñ filius est institutus sim-
pliciter in sua legitima, vel alias præteritus, qui nō vult annul-
lare testamētum,& isto casu *cōis* opinio est, q. aliquid non pos-
sit occupare propria auctoritate, secundum Bar.in l.2.C.qñ,&
quibus quarta pars.lib.x.& in l.suus quoque,ff.de hęredibus in-
stituen.Alex.cons.134.Attentis narratis,vol.3.Are.consil.156.
Diligenter, col.fi.& isto casu dicerem, q. si per vim occuparet
aliquam rem expulso hærede vniuersali possessore,non incide
95 rent in pęnam d.l.si quis,& d.l.extat.¶ † Quartò dubitatur, an
detur contra ecclesiam propter violentiam prælati ? Multa fo-
rent dicenda super isto pūcto, sed propter instantes vacationes
procedam conclusiue.Sit ergo conclusio, q. propter violentiā
prælati ecclesia non incidit in pęnas dictarum legum per tex.
in regula,delictum personæ,de reg.iur.li.6.& ista est *communis*,
quam sequuntur gl.& Legistæ in d.l.si quis in tantam,gl.& Ca
no.in c.j.j.de dolo, & cōtu.Fel.in c.nouit, col.8.s.de iud.;Facit
dictum Spec. in titu.de dona.§.j.ver.quid si Abbas.vbi propter
ingratitudinem prælati non reuocatur donatio facta ecclesiæ,
sequuntur Pan.& alij in c.fi.j.de dona.intellige quātum ad pę
nam priuationis iuris sui,seu quātum ad æstimationem, sed bę
nè ecclesia tenetur ad restitutionem possessionis, ita procedat
tex.in c.cum dilectus,supra,de ordi.cog.& in c.cum ad sedem,
s.eod. Secundò declara, quòd non teneatur ecclesia, sed benè
tenetur ipse prælatus,secūdum glo.& Pan.in d.c.j.per tex.in c.
placuit,16.q.6.sed ille tex.loquitur in diuersis terminis,videli-
cet quando prælatus occupat nomine proprio,& pro iure suo,
prout etiam loquitur tex.in c.cum qui,de pręben.in 6.Sed nos
loquimur in prælato occupante rem ecclesię nomine ipsius ec
clesię,melius facit tex.in c.si episcopum.16.q.6.Tertiò intelli-
ge,quòd non incidat ecclesia in pęnam perpetuo,secus pro vi-
ta pręlati,c.j.§.fi.de cap.Contra.in vsibus feud.facit , quod con-
suluit Roma.cōsilio 284.inci. Triplici ex capite. vbi decidit, q.
propter ingratitudinem pręlati reuocatur donatio facta eccle-
siæ pro tempore vitę ingrati pręlati.sed ista limitatio, quā sen-
tiunt Abb.& alij, non videtur mihi vera,quia sicut delinquen-
do non potest prælatus alienare perpetuo, ita non debet posse
ad vitā ipsius, c.2.de rebus eccle. non alie.lib.6.& quia ex deli-
cto prælati ecclesia nullum debet pati damnum, d. c. episcopū
& seq. At in casu isto pateretur damnum , quia non conuerte-
rentur fructus in vtilitatem ecclesiæ,vt fieri debet, c.fi de offi.
ordi.libro 6.Nec obst.tex.in d.c.fi. quia ibi talem pęnā inducit
natura contra.ius feudalis , & fauor publicæ vtilitatis , secun-
dùm Bal.ibi, qui tacitè inclinat in istam ptē. Quartò declara
si prælatus deliquit solus , secus si communicato consilio cum
capitulo,& de eius consensu, secundum glo. in d. regula, deli-
ctum.& in d.l.si quis in tātam.& ista est *communis* per tex.& ibi
Bar.in l.iubemus nullā, C.de sacrosan. eccl.sed tu dicas, quòd
illa lex nihil facit, quia loquitur in delicto pręlati commisso in
non faciendo,quo casu ecclesia tenetur,c.Imperatorum,c.fi.s.
de iura.calum.nos autem loquimur in delicto in faciēdo. Item
ibi delictum commissum fuit in pręiudicium Reipublicę,& in
casu,in quo ecclesia tenebatur facere, quod fuit per prælatum
omissum, secus in casu nostro. Contrariam opinionem tenent
Card. & Pan. in d.c.j.quia sicut non potest prælatus cum capi-
tulo alienare bona ecclesiæ sine solennitate capituli, c.sine ex-
ceptione , 12. q. 2. ita non debet posse tacitè delinquendo. sed
propter hoc non recederem a cōmuni , quia bona minoris nō
possunt alienari sine solennitate, l.magis puto , §.ne passim, ff.
de rebus eorum. cum vulga. & tamen minor inuadendo inci-
dit in pęnam d.leg.Quid tenendum ? communis opinio vide-
tur mihi periculosa per tex. in d.c.j.§.fi quòd habet locum etiā
si prælatus committit feloniam cum consensu capituli, secun-
dum Pan.& alios communiter in c.verum, supra de fo.comp.
& stringe illum tex.inducendo a fortiori eo modo,quo deduxi
supra,in præcedenti restrictione. ¶ Retenta tamen cōmuni in
surgit alia dubitatio , an prælatus cum capitulo occupans per
vim bona prelati defuncti adita hęreditate,& remissa possessio
ne per hęredem, incidat in pęnam d.l.si quis in tantam?Inn.in
c.cum in officijs,j.de test.distinguit: aut clarè constabat, quòd
prælatus defunctus dicta bona tenebat nomine ecclesię, & tūc
non incidit , quia ciuilis possessio erat penes ecclesiam , & sic
non dicetur inuasisse possessionem alterius , sed suam defen-
disse.Aut clare constabat, quod eam tenebat nomine suo pro-

prio, & tunc ecclesia incidit in pęnam per ea, q̃ dicta sunt s. in
proxima dubitatione. Aut dubitatur, & tunc excusatur, quia iu
stam habuit causam pręsumẽdi, q. prelatus defunctus talia bo-
na acquisierit de bonis, & nomine ecclesię, c. j. 12. q. 3. & sequi-
tur Bal. in auct. licentiam, post gl. ibi, C. de epis. & cle. & iste ca
sus euenit in herede celeberrimi Poetæ, & præstantis Philoso-
phi, Francisci Petrarchæ, vt per Card. cõs. 79. quod incipit, The
ma tale est, Diuinus vates, &c. Ex hoc elicio, q. habens aliquam
præsumptionem credendi se possidere, ratione talis præsũptio
nis excusatur a pęna d. l. quod tenuit Cęp. cõs. 4. in fi. & expres-
sè gl. & Bar. in. d. l. si quis in tantũ. Et hoc verum puto quicquid
96 dicat Bar. in l. sequitur, §. si fundum, ff. de vsuca. ¶ † Quintò dubi
tatur, an detur contra socium, qui per vim occupauit rem com
munem: dixi in c. cum ecclesia Sutrina, s̃. tit. 1. & ibi dictis adde
Cępo. in d. cons. 4. Secundò adde, q. in casu, quo constaret so-
cium per vim ingredientem velle totum occupare, q. indistin
ctè incurreret pęnam, secundum Al b. ibi, pro quo facit deci-
97 sio Gem. in d. c. cum qui, in ver. quid de clerico capellę. ¶ † Sex
tò dubitatur, an detur contra hęredem institutum sub cõditio-
ne, qui propria authoritate ante euentum conditionis occupa-
uit bona hæreditaria? D. Ias. in l. inter oẽs, in fi. ff. qui satisd. co-
gan. decidit, q. non per illum tex. secundum vnum intellectum
gl. quem ponderat ibi Bal. sed aduertite, quia gl. & Bal. non lo-
quuntur in hærede occupante per vim alio possidente, & ideo
credo, q. incideret hæres conditionalis in pęnam d. l. si violen-
tiam inferret, per ea, quę dixi s̃. in questione de fideicommissa
98 rio, & quia incideret etiam si esset purè institutus. † Circa quar
tam quæstionem principalem responsum fuit supra, in vltima
dubitatione 2. q. prin q. incurritur omni tempore, nisi post licẽ
tiam ritè, & rectè cõcessam. ¶ Circa quintam *cõis* omnium sen-
99 tentia est, † q. non incurratur ipso iure per sententiam condem
natoriam, propter verbum, amittat, futuri temporis. verba. n. fu
turi temporis non sunt latæ sententiæ, sed ferendæ, secundum
gl. in l. in criminali, C. de mis. om. iud. & in c. in penis, de regu.
iu. in 6. Gl. & Bar. in l. iubemus, §. sanè, C de sacros. eccl. gl. & Pa.
ibi, col. 5. in c. si diligenti, s̃. de for. comp. & q. verbũ, amittat
requirat sententiam, firmat Bal. in c. j. §. j. ad fi. de feu. sine culpa
&c. Card. & Pau. de Cast. consuluerunt, quos sequitur Fel. in c.
Rodulphus, col. 19. de resc. Non ob. decisio Pan. in c. cum in cũ
ctis, §. fi. col. fi. s̃. de elec. vbi dicit, q. verbum, amittat, ibi positũ
est latæ sententiæ, quia non requiritur factum alterius. Et in cõ
trarium faciunt, quæ scribit d. Ias. in l. rem, quæ nobis, in fi. ff. de
acq. poss. vbi concludit, q. verba futuri temporis priuatiua im-
portant ipso iure, vt verbum, cadat. Credo communem esse ve
ram, quia in multis casibus violentiam faciens non incurrit pę-
nam d. l. vt patet ex prædictis. Cum ergo oi casu violentia non
sit delictum, sequitur, q. requiritur causæ cognitio, ergo etiam
sententia, l. de qua re, ff. de iud. ¶ Secundò, quia in tex. l. memine
rint, in simili materia vtitur, verbo priuabitur quod est feren-
dæ sententię, vt firmat Pan. in d. c. si diligẽti. ¶ Tertiò, quia tex.
in d. c. eum, qui, addit verbum; eo ipso amittat: nam si verbum,
amittat, de se importasset ipso iure, frustratoriè fuisset illud uer
bum, eo ipso, quod denotat etiam sententiam a iure latam, cap.
nullus. c. si religiosus, de elect. lib. 6. ¶ Quartò, quia in pęnis beni
gnior interpretatio capienda est, l. interpretatione, ff. de pęnis.
Ad contrarium, videlicet ad decisionem Pan. & similia põt re
sponderi, q. procedunt, vbi actus, qui per legem punitur, est om
ni casu illicitus, vt conferre beneficia curata non idoneis, secus
si actus potest esse licitus, & illicitus. Et in casu nostro sequitur
istam opi. Gem. cons. 23. inci. Quia vbi ampliat, etiam si lex di-
cat sub pena amissionis, & cum verba sint etiam ferendæ sen-
100 tentiæ. † Stat igitur conclusio, q. pęna d. l. incurritur per senten
tiam, pœna verũ can. eum, qui, incurritur ipso iure, & sic violen
tia in beneficialibus est odiosior, quàm in temporalibus, & pro
phanis. Scias tamen, q. licet incurratur pęna ipso iure, tñ exigi
non potest, nisi secuta sententia declaratoria pacti, l. si quis ma
101 ior, C. de transact. c. 2. de here. lib. 6. ¶ † Sed dubitatur hic, an be
neficium violenti occupatoris possit ante sententiam declara-
toriam alteri conferri? videtur, q. non, per tex. in d. cum sm. In
cõtrarium est casus in c. j. de homici. lib. 6. per quem no. ibi Ge
mi. q. ibi tex. imponit pęnam priuationis beneficiorum ipso iu
re. tunc itaque beneficia possunt conferri tanquam vacantia, et
ante declaratoriam, etiam nõ citato possessore. Item voluit gl.
in c. cum missa, in verbo, iusto, de elec. li. 6. & in c. is cui, in fi. de
pręb. in 6. Ad tex. in c. cum sm, respondetur, quod debet intel-
ligi de executione reali. Nam priuatus beneficio ipso iure, nõ
debet a possessione de facto amoueri, nisi eo citato, & causa co
102 gnita, c. licèt episcopus, de pręb. e. lib. ¶ † Vltimò dubitatur, an
a sententia lata super condictione l. si quis in tantam, possit ap-
pellari? Super isto puncto tres reperio opiniones. Prima fuit, q.
non, quia est remedium possessorium, a quo de iure ciuili non
appellatur. l. vnica, si de momẽ. pos. fuer. app. Et si dicatur, est re
medium pœnale, respondetur, q. causa principalis pęnalis vide
tur accessoria, ergo principale non debet propter accessorium
mutare naturam, l. nuda, C. de contrah. & commit. stip. Itẽ pœ-
na inuenta fuit in odium violentię, vnde non debet retorque-
ri in fauorem, vt pp pœnam liceat appellare, ca. intelleximus,
s̃. de iud. l. fi. C. de iuram. calum. ¶ Secunda fuit opinio gl. in d.
l. j. & in l. momentaneæ, C. vnde vi, q. possit appellari & ista est
communis, sm Salv. post Bal. quia regulariter appellatio cẽsetur
permissa, nisi reperiat prohibita, l. & in maioribus, C. de appel.
Non ob. d. l. j. quia loquitur in petitorio, secus in possessorio ha
bente mixtam causam proprietatis. Item loquitur in causa mo
mentaneæ possessionis, in qua grauamen est reparabile p diffi-
nitiuam in petitorio, sed in casu nostro possessio in pęnam vio-
lentię perpetuo est remansura penes victorem, & sic cessãte ra
tione d. l. j. cessabit dispositio, c. cum cessante, s̃. de app. Illud est
vnum fundamentum, sed considera, q. tantum cõcludit in sen
tentia lata contra dominũ inuasorem, sed in sententia lata con
tra inuadentem possessionem rei alienæ, in casu quo grauamẽ
esset reparabile per aliud possessorium, adhuc militaret ratio d.
l. j. finge, q. prædo condemnatus in pęnam d. l. si quis in tãtam,
prius fuisset a victore spoliatus, nonne facta restitutione, & so-
luta æstimatione poterit recuperare suam possessionem? certè
sic, c. in literis, s̃. eod. at si dixeris. non est reparabile respectu pę
næ: Respondeo, appellet quò ad pęnam tantum, vt statim dicã.
¶ Tertia fuit quorundam sententia, q. appellatur a pęna tantũ,
& non a sententia restitutionis, quia tot sunt sententiæ, quot
terim exercere ẽt ea, quæ sunt nudæ custodiæ, quia per suspe-
ctũ custodẽ posset ciuitas contaminari, ar. l. tutor quoque. §. prę
terea. ff. de suspe. tut. nam ẽt custodes confirmati, si apparet de
eorũ i sufficiẽtia, vel suspicione debẽt remoueri, c. 1. de off. cus.
194 ¶ † Sed quæ requirantur ad hoc, vt custodes electi dicantur suf-
ficientes, & idonei? Rñdeo tria esse necessaria, s. q sint discreti,
industrij, & fideles, cle. 1. §. sane, & ibi no. Car. & Imo. de hære.
195 † Et tu ẽt notabis illũ text. q duo debent esse custodes porta-
rum, sicut ibi dicit Papa, quia non ita fraudandi patet occasio
196 duobus, sicut vni soli. † Debent etiam custodes electi in manib.
dñi confirmantis iurare, q oẽm diligentiam, & omnẽ, q̃ pote-
runt, sollicitudinẽ adhibebunt circa custodiam, prestabuntque
iurm fidelitatis de exercendo legaliter, & fideliter eorũ officiũ
d. cle. 1. §. porrò. Qui. n. custodit ciuitatẽ, non dormitabit, neque
197 dormiet, sm Psal. & c. oportet, 81. dist. ¶ † Sed quid si Decurio-
nes elegerint scienter inhabiles, an pro ea vice saltem ius eligẽ
di deuoluatur ad dñm loci? Vr q sic, per text. in c. cũ in cunctis,
198 §. clerici, & c. innotuit, de ele. † Et non solũ eligentes, sed etiam
patroni præsentantes scienter indignũ, sunt ea vice priuati po-
testate pñtandi, sm gl. Pan. & cẽtis scrib. in c. cũ nos, de off. ord.
Et idem in postulantib. sciẽter indignũ, sm gl. & Pan. & alios in
c. 1. de postu. præl. Quod ius eligendi, & pręsentandi ad superio
res deuoluitur gradatim, c. bonæ memoriæ, de ele. ¶ Contrariũ
199 forte dicendũ est in casu isto, † quia nulla lex est, quæ talẽ pęnã
imponat, vnde nec nos impositã fuisse dicere possumus, sm gl.
in c. fi. de iurepa. p qua est tex. in l. at si quis, §. diuus, ff. de relig.
& sumpt. fune. & in §. optimũ. in Auth. de non eligen. secundò
200 nuben. ¶ † Et istud maxime verũ esset, si aliqui ex ordine ele-
ctioni non consensissent, quia tunc ad eos, non ad superiores de
uoluitur ius eligendi, iuxta tradita per Pan. post alios in d. c. du-
dum col. 3. & in c. cum Vintoniensis, in 1. no. per illũ tex. de ele.
Et illi, qui non cõsenserunt, poterunt nouos idoneos custodes
eligere, & si placuerit secum ad electionem faciendã, poterunt
oẽs admittere, d. c. cum Vintoniensis, & ibi Abb. in 2. not. ¶ Ad
tollendum ergo omnem dubitationem, cũ dubitatur ne ex ele
ctione generetur eligentib. aliquod præiudicium, cautela salu-
bris est, q aliqui ꝯdicant, ex quorũ contradictione ius collegij
201 conseruabitur. ¶ † Sed pone, q cõitas negligat, vel nolit custo-
des deputare, quid agendum tunc per dñm loci? Rñdeo, dupli-
202 ci vtatur remedio. † Primò p pęnas, & mulctas, & captis pigno-
rib. poterit compellere sindicos, & consiliarios ad deputandũ
custodes. c. peruenit, de immu. eccl. in ver. compellantur. & l. fi.
in prin. & §. 1. ff. de mun. & hon. Per quæ iura d. Guid. Papæ in
deci. parlamenti, deci. 631. inci. In quadam causa, in 5. dub. de-
203 terminat, subditos † posse per dñm cogi facere guaytũ, & echar
204 guaytũ. i. excubias. † Secundò poterit pcipere consiliarijs, vt in-
tra certũ terminũ hẽant deputare custodes, cũ comminatione,
q elapso termino ipse deputabit, tunc elapso termino, & cõsti-
to de negligentia Decurionũ, dñs poterit ipse eligere, & depu
tare custodes, c. irrefragabili, de off. ord. facit tex. in l. si eo tem-
pore, ff. de remis. pigno. & in c. 1. & per totũ. de supl. neg. præla.
205 ¶ † Sed quid si semel sunt iam electi per Decuriones, & confir-
mati per dñm, an ipse dñs possit alios custodes addere? Ego di-
cerem, q si dñs nõ confidat de custodib. primis, posse alios de-
putare, quia sua ẽt interest locum non infici. ¶ Et pro hoc addu
co tex. singularem in l. si ita legatus. §. dñs pprietatis. ff. de vsu,
206 & habi. † vbi conceditur dño proprietatis ponere saltuarios ad
custodiam prædij inuito vsufructuario. Et per illum text. deter-
minat ibi Alb. de Ros. q incolæ habentes vsum nemoris alicu9
nobilis, possunt apponere custodes, si dubitent ne nobilis ligna
207 incidi faciat. † Et dicit ibi Alb. de Ros. q dñs si dubitet de subdi
tis, vel de inimicis, potest inuitis vasallis tenere milites in loco,
qui ipsum custodiant, sequuntur Bald. & Cardi. Alc. in c. 1. §. qd

ergo, de inuesti. de re alien. facta. Quod verum est, dummodo
dominus sine dolo, & fraude, ac malo ingenio tales custodes
apponat, c. quoniam, de prohib. feud. alien. per Lotha, & dum-
modo custodiam communitatis non eijciat. l. pen. ff. vsufr. quẽ-
208 ad. caue. † Sed pone, q subditi velint reuocare suam custodiã
ex eo, q domin9 alios custodes apposuit, an eam reuocare pos-
sint inuito domino? Bar. in l. si ut certo. §. si me, ff. commo. in si-
mili casu concludit, q possunt, per tex. cum glo. in d. l. pe. & idẽ
tenet d. Card Alc. in d. §. quid ergo, & clarius Bald. in l. ex diui,
C. loca. vbi distinguit, aut dñs prius posuit custodes, q̃ subditi,
& isto casu vr i se custodiam suscepisse. Aut adhibuit custodes
post, & tunc non censetur remisisse custodiã, ergo bene sequit
209 q subditi isto casu suam custodiam non poterũt auocare. ¶ † Se
cundò quæro principaliter, an dominus, aut subditi teneantur
satisfacere custodibus? Vr q dominus tenetur, quia obligatus
est custodire territoriũ, vt s̃. dixi. Contrarium credo verius, per
text. in l. fi. §. inter personalia, ff. de mun. & hon. & quia iustum
vr, vt custodes mercedem ab eis recipiant, pro quorum salute
laborant, c. cum sm, de pręb. & hanc opi. consuetudo approba-
210 uit. ¶ † Sed quæritur, an quilibet cogi possit ad custodiã tẽpore
pestis, aut saltem conferre p impensis, quę in custodiẽdo fiũt.
Et sic quæro, an clerici, Doctores, & similes tpe pestis excusen
tur ab hoc munere personali custodiendi portas. Est. n. istud o-
nus regulariter personale, d. l. fi. §. inter personalia. Decisiue p-
211 cedendo facio conclusionem, † q clerici, Doctores, Decurio-
nes, & similes, excusationem habent ab hoc munere, quia est
munus vilissimum, sm gl. in l. ne quis, C. de dig. li. 12. constat au
tem existentes in dignitate ab omni sordido, & vili officio ex-
cusari. l. maximarũ. C. de excus. mu. li. 10. & l. 1. C. a quib. mu. ne-
mi. li. se excu. Et quia humiliorib. officijs non conuenit docto-
res, clericos, Decuriones, & similes occupari. l. humilioribus. C.
de suscep. & arca. li. 10. & ibi expresse Io. de Pla. dicit Decurio-
nes ad custodiam portarum non teneri, quia est vile officium.
Sed nec etiam scholares puto teneri, quia studentes artibus li-
beralib. a muneribus personalib. excusantur. l. 1. C. q æta. & ibi
Bart. in specie exemplificat illũ text. in onere custodiendi. Qđ
verum est vsq; ad 25. an. Post verò scholares excusationẽ nõ ha
212 bent, vt Imper. ibi determinat, quasi sm Bar. presumat, † q ela-
psis 25. ann. non possit scholaris proficere, nam Impe. in l. 1. C.
de stud. li. vrb. Romæ, iubet adolescentiam liberalib. artibus in-
213 struendam, non senectutem, neq; iuuentutẽ. † Nouitia. n. man-
cipia simpliciora sunt, & ad oẽa ministeria aptiora, & dociliora
trita verò, & veterana difficile est reformare, vt inquit Vlpia. i
l. præcipiunt. ff. de æd. l. edic. Nam qui in tenera ætate non didi
cit, nunq̃ poterit esse perfectus, sm gl. in l. vnica, C. de athle. lib.
10. Et sæpe a nostris rusticis Italicis prouerbialiter loquentibus
audiui hæc verba, ann. 20. natus ignorans, 30. nihil habens, 40. ni
214 hil potens, ignarus semper, pauper, & impotens erit. ¶ † Medi-
cos insuper, Grammaticos, & cæteros literatũ professores ab
omnib. munerib. & publicis, ac ẽt ab onere suscipiendi milites
certũ est immunitatẽ habere. l. medicos. C. de profe. & med. Et
sm Bar post gl. lex illa quantũ ad onera personalia est genera-
liter intelligenda, licet quo ad patrimonialia restringat leg. illã
ad legentes tñ, qđ hic non discutio, qa pẽdet difficultas ab hoc
an priuilegium immunitatis cõcessum Doctoribus, censeatur
concessum rõne exercitij, & magisterij, an vero rõne dignita-
215 tis. ¶ † Constat. n. doctoratum esse dignitatem, c. quanto, de ma
gist. & ibi Pan. & voluit Bar. in l. fi. C. de Iud. & in prima const.
216 C. & in l. oẽs, C. de decur. li. 10. † Constat ẽt priuilegiũ immuni-
tatis ab onere custodiendi portas fuisse cõcessum rõne dignita
tis, d. l. humiliorib. & d. l. maximarũ. bene ergo sequit, q Doc.
ẽt actu non legentes ab hoc onere excusantur, & vr casus in l.
sancimus, C. de aduo. diuer. iu. & ibi no. Bal. Et si clerici immu-
nes sunt, ne ab offi. diui. distrahant. l. prętor ait, ver. vel si q sacer
dotũ. ff. de vac. mu. Si ẽt scholares vacationẽ hñt, ne a studio a-
217 uertant, cur ẽt immunes nõ erũt aduocati? † Qui si, vt decet, po
stulando legib. vtant, meliorẽ, duriorẽq; vitã agũt, q̃ fratres prę
dicatores, & mẽdicãtes, sm Host. in proę. suæ Summę, col. 4. &
sm Cassia. Quid dignius aduocationis officio, q peregrinũ ne-
gotiũ ad suas trahit molestias, vt laboribus subueniat alienis?
218 † Sed, heu, misera tpis ꝯdõ, hodie ad subuersionẽ veritatis, non
ad lucidationẽ iustitiæ exercet, iõ exclamabo cum Ber. de con
sideratione li. 1. Miror quemad. aures diuinę audire pñt hmõi
disputationes aduocatorũ, & pugnas verborum, corrige, Deus,
prauũ morẽ, pcide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude.
hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendaciũ, diserti ad
uersus iustitiã, eruditi p falsitate, sapientes sunt, vt faciant ma-
lũ, eloquentes, vt impugnent verũ, hi sunt, qui instruũt a quib9
fuerãt instruẽdi, astruũt nõ ꝑperta, sed suas astruunt calumnias
inocẽtię, destruũt veritatis simplicitatẽ, & obstruũt iudicij vias.
219 ¶ † Sed dubitare quis posset, nunquid licẽtiatus tñ excusetur ab
hoc onere? Vr q non, quia licentiatus nullam hẽt dignitatem,
& ideo priuilegia concessa doctoribus non competunt licen-
tiatis, secundum Bald. in l. athletæ, per illum text. in versicu.
coronati.

cotonati.ff.de exeu.tut & in auth.habita.col.4.C. ne fil.pro pa-
tre.& ita vr̃ determinasse d.Pe. Antibolus,antiquissimus Doct.
prouin.Massilien.i suo trac.de munerib. Sed ego credo ab one
220 re custodiendi portas ēt licentiatos excusari,qa si dicamus, † q.
in fauorabilib.licētiatus hēatur ꝓ Doct. vt tenuit Bal.in l.1.col.
pe.ff.sol.mat.& Pet.de Anch. in proœ. Sexti,quorū sn̄iam dixit
cōiter approbari Ale.in l.mulier,§ non dubitandū,ff.ad Treb.et
sequitur Fel.in rub.de maio.& obe. post princ. tunc necesse est
fateri,q. ēt ipsi licentiati excusentur. Si verò dixerimus,q. scho
lares adhuc reputent̃,vt tenuit Bal.in d.auth. habita,adhuc ha-
beo ꝓpositū,qa scholares immunes sunt,vt dictū est. Si aūt di-
cat̃,q. tertiā speciē faciant, tunc q̄ro an licentiati altiorē gradū
sint consecuti? scio q. nemo negabit licentiatos digniores esse,
q̄ sint scholares,ergo sequitur, q. ēt ipsi immunes erunt,qđ eo
221 fortius dicendū vr̃,† qa oēs artifices ēt fusarij, docētes artes me
chanicas,admissi ad docendū in ciuitate ab onere hmōi excu-
santur,l.fi.ff.de iu.immu.in l.1.in fi.C.de excus.artiñe.cur.ergo
licentiati ēt approbati iudicio Doctorum non sint excusandi?
222 nulla ratio proponi posse vr̃. ¶ †Senes quoque an. 55. nati a cu-
stodia cęterisque onerib.personalib. excusationem habent.l.fi.
223 C.qui ætate. †Sed,& fœminæ,quibus corporalia munera sexus
ipse denegat,ad custodiam non tenentur.l.qui originem.§.cor
poralia.ff.de mun.& hon. Excusantur ēt valetudinarij.l.1.C q.
morb.& plures alij,de quibus.C. de excu.mu. & ff. de vac.mu.
224 & C.qui æta.& ff.de iure immu. †Quorū oium exemptio,& ex
cusatio,debent cessare,vbi ꝑꝑ tam maximam conuicinorū cō-
tagionem tm̄ periculi immineat, q. absq; auxilio exemptorum
locus facile custodiri non possit, tunc vocat labor vltimus oēs,
& istud est,qđ decidit Papa in c.peruenit,de immu.eccl.vbi de
ciditur,clericos teneri ad custodiam murorum, & ad excubias
pro defendenda ciuitate ab incursu, & inuasione Sarracenorū.
Ad idem tex.in l.2.C. qui æta.vbi dr̃,ꝑꝑ inopiam ciuium scho-
lares,senes, & minores cogi posse ad personalia munera,a qui-
bus aliàs excusantur. Ad idem text.in l.vt gradatim.§.quoties.
ff.de mune.& hono.& in l.cum te.C. quemad.ciu.mu. In subsi
225 dium ergo exempti p̄nt compelli subire onus custodiæ. †Ad q̄.
etiam prædicti tenentur, si ex consuetudine obtentum sit eos
teneri, quia consuetudo derogat cuicunque immunitati.l.2.in
prin.ff.de vac.mun.& l. non tm̄. §.fi.ff. de decur. Discussa hac
qō.de munere personali, restat discutere qōnē de onere patri-
moniali,an ad impensas necessarias pro conseruanda, & liberā
da ciuitate a pestilentia quilibet collectari possit? hanc q.subdi-
226 uido in duas partes. ¶ † Prima est,an ad expensas, quæ fiunt in
salarijs custodum, quilibet teneatur pro rata, ēt si sit immunis
ab onere personali ipsius custodiæ; Vr̃ q. sic, nam collecta dr̃
onus patrimoniale,l.munerum.§. patrimoniorum. ff. de mun.
& hon.declarat Barto. in l.1.vers.venio ad s̃m.C.de mun.& in
quo loco.vnde dato, q. aliquis sit immunis a personalibus,non
tm̄ sequitur, q. ēt immunis esse debeat a patrimonialib.l.in ho-
norib.§.Philosophus. ff. de vac. mune. Vnde puto animaduer-
tendum,an custodes, pro quorū salarijs fuit imposita collecta,
fuerint deputati ad releuandū onus personale singulorum.i. ne
singuli dietim vocarentur ad custodiā, & tunc immunes ab o-
nere custodiæ personali non credo teneri cōtribuere in hmōi
227 collecta subrogata in locū muneris personalis, † nam subroga-
tum debet seruare naturam eius, in cuius locum subrogatur.l.
si eū,§.qui iniuriarū.ff.si quis cau.c.ecclesia,vt lit. pen.alias exē
pti pro non exemptis grauarentur. Quod fieri non debet.l.1.
C.vt nul.ex vica pro ali.deb.&c.& ita decidit Bar. post Gul.in
d.l.1.ver.quæro ergo vtrum,C.de mu. & in quo loco. Aut alia
ex causa fuerunt deputati,forte, quia magis expediebat custo-
dire,& continuè locū per expertos, quam dietim per singulos,
& tunc exempti ab onere personali non excusabuntur ab hac
228 collecta, † quia quando ad diuersum finē fit subrogatio nō hēt
locum regula d.l.si eum.§. qui iniuriarum, s̃m Bart.in l.pater.
col.6.ff.de inoffi. testa. & facit, qđ decidit Ias. in l.quod in rerū.
229 §.si nauem,ff. de leg.1. ¶ Secūdò quæro,†an ad alias collectas,
quæ imponuntur ꝑꝑ pestem teneantur hi, qui habent genera-
lem immunitatem ab omnibus muneribus? Videretur prima
consideratione dicendum eos non teneri, quia collecta impo-
sita ꝑꝑ pestē,dr̃ onus extraordinariū, cū per accidens impona-
230 tur.†Ea.n.onera,q̄ non hn̄t certā,& determinatam formā prę-
stationis,ēt resp̄ū tp̄is extraordinaria dn̄r, s̃m Bart. in d.l.1.ver.
item quæro cū in iure.Gem.cons.116.col.1. ab extraordinarijs
aūt priuilegiū immunitatis gn̄ale absq; dubio defendit priuile
giatū,l.in onerib.§.q muneris.ff.de vac.mune. ¶ Itē pro hac par
te facit,quia bn̄ficia Principū sunt late interpretanda.l.fin.ff.de
const.Prin.c.cū dilecti de dona.per quā rōnem decisum fuit,q.
priuilegium immunitatis a decimis,ēt de decimis prædiorum
acquirendorum intelligatur.c.quia circa,de priuile. ¶ Itē facit,
quia,(vt dixi in præludijs)bonū est arg.de bello ad pestem. Sed
habentes priuilegium immunitatis ab omnibus oneribus non
tenentur ad onera,quæ imponūtur rōne guerræ, s̃m Ravn.Io.
de Imo.Pau.de Cast.& Aret.in l.si ex toto, in princ.ff.de leg.1.
ergo etiam non tenebuntur ad onera, quæ indicuntur ratione
pestis,& maximè, quia cōcedens potuit saltem in genere cogi-
tare casum pestis, ergo ad ipsum cōcessio generalis extendēda
vr̃,ar.l.qui iure militari.ff.de testa. mil. & ita reperio cōsuluisse
d. Ale.cons.30.ponderatis narratis.li.5. ¶ Sed p̄missis non obst.
contrarium,& probabilius,& æquius existimo. Et in primis re-
231 torqueo fundamētum s̄.factum de bello ad pestem,†nam cōis,
est Doctorum sentētia, q. generalis immunitas ab omnib.one
rib. non extendatur ad onera imponenda ratione guerræ, s̃m
Dy.Alb.de Ro.Sal.& d.Ale.d.Ias.& Mod.i d.l. si ex toto,& ita
consuluit Ale.cons.215.Nec arguendi sumus,col.6.lib.2. idem
tenuit Io.And.in add.Spe.tit.de censi.§.2. ver. sciendum est.&
d.Ant.de But.in c.peruenit,de immu.eccl. ¶ Mouentur oēs,ꝑ
tex.in l.1.C.vt nem. lic. in empt. specierum se exc. qui optime
probat in ratione decidendi,ibi,vrgente necessitate publica.Et
licet loquatur de necessitate causata ex inedia, tm̄ idem dicen-
dum est de necessitate causata ex peste, cum vtraque cōcernat
salutem publicam.ad idem bo.tex.in l.2.C.a qui.mu.nemi.lice
ret se excu.ibi,vt cum tempus exegerit, priuilegio non obstan
232 te,collationi succumbant.†Sed certe,vt docet experientia,nul
lum tēpus magis exigere vr̃ priuilegiorum derogationem,q̄
tempus pestis,quo nullum calamitosius dici pōt.¶ Tertiò facit
233 tex.in l.iubemus.C.de sacros.eccl.& per illam dicit ibi Bald.†q.
generalis immunitas non includit casum publicæ vtilitati con
trarium.Quartò si clerici ad instructionem murorum, & pōtiū
tenentur,l.ad instructionem.C.de sacros.eccl.ea rōne,quia etiā
de ipsorū clericorū interesse agit̃, q. ciuitas muris cincta ab op
pressionib.& hostiū incursionib.tuetur, eade rōne dicendū vr̃
234 q. ēt teneantur patriam tueri a pestilētia. † Et licet Pan.in c.nō
minus,de immu.eccl.voluerit d.l.ad instructionē,esse correctā
tm̄ cōis opinio est ꝯ ipsum. nam ꝯtrū tenent Per.Cy.Bal.& cōi-
ter alij in d.l.ad instructionē.Inn.Car.Io.And. & communiter
alij in d.c.non minus.Bal.cons.246.li.4. vbi sic exorditur. Anti-
qua querela laicorum est,quia ecclesiæ de die in diem ditantur
& laici ab onerib.strangulantur,& idem tenuit Bal.cons.312.Si
de iure commu.li.3.& Cepo.in tractat. seruitutum,sub rubr.de
seru.viæ.char.vlt.d.Ias.in l.placet.C.de sacrosan. eccl.post Sal.
ibi Ale.cons.68.Viso,& bene discusso,col.7.lib.2.Cor.cons.72.
In hac,li.4.dn̄s Guid. Papæ decisio. 88. vbi attestatur sic fuisse
obseruatum suo tempore,quo guerra vigebat inter Delphinū,
& Ducem Sabaudię. ¶ Et dato,q. ecclesiastici ad reparationē
murorum non tenerentur,tamen ad collectas impositas ꝑꝑ pe
stem,nullam posse videntur excusationem prætendere,quia ta
les collectæ communem vtilitatem principaliter, & pietatem
respiciunt,quo casu(s̃m ipsummet Pan.) etiam ecclesia obliga
tur.Et hoc modo saluat dictum Bar.in l.nullus,C.de cursu pub.
vbi dicit, ecclesiam teneri ad collectas inductas pro expellēdis
hostibus,qui occidendo,& deprędando vadunt per Comitatū,
quia tales collectæ respiciunt principaliter vtilitatem etiam ip
sius ecclesię.Et illud dictum Bar.etiam sequitur d.Ias. in d.l.pla
cet.quia si vrgente necessitate tenentur ad onera personalia.d.
c.peruenit,eadem ratione etiam tenebuntur ad collectas.illud
dictum Barr.commendat Barba.cons.j.lib.3.& idem consuluit
Per.de Anch.licet de Bar.non faciat mentionē,consi.96.Super
dicto dubio.Et quod ecclesia teneatur ad onera respicientia cō
munē vtilitatē,facit quod dixit Io. de Plat. in l. ad reparationē,
per illum text.C. de aquæduc.libr.12.& retuli.s.in 2. remedio.
¶ Concludo itaque ad collectas, quæ ob pestem imponuntur,
etiam teneri habentes exemptionem generalem ab oneribus
personalibus,realibus,& mixtis, etiam in forma,q̄ docet Bart.
in l.1.§,qui.ff.de iure immu. Quod intelligo vrgente necessitate
235 aliàs secus, dicta.lege.1. ibi, vrgente necessitate. ¶ † Item
intelligo, nisi exemptio concessa esset tempore, quo iam
vigebat pestis in loco,quia tunc apparet cōcedentem cogitasse
etiam casum pestis,s̃m Dy.in d.l.si ex toto. ¶ Tertiò eadem ra
tione intelligo,nisi locus ipsius priuilegiati esset sui natura, & a
communiter contingentibus,subiectus pestilentiæ, quia appa-
ret ex hoc, q. concedens voluit concedere immunitatē ēt tp̄e
pestis,ar.l.si fundum,C.de ædil. edic. & eorum, quæ dixi in 3.
236 speciali contractum,ver. potes tamen notare. ¶ Quartò†intelli
go illud,quod dixi de clericis, procedere dummodo auctorita
te ordinarij ecclesiastici ad talia onera compellātur, quia notū
est,q. laici nullam coercionem habent in clericos,c.ecclesia S.
Mariæ,de constit.& c. si diligenti. de foro compet. & ita tenēt
Pan.& alij in d.c.non minus. dominus Ias.in d.l.placet,Bald. &
alij in dict.leg. ad instructionem. ¶ Aggredior tertiam princi-
palem quæstio. quod, & quale esse debeat officium horum cu-
237 stodū. † Et primò quæro, an possint arcere quoscunque ab in-
gressu loci? In hoc puncto considerandi sunt tres casus. Aut cō
stat volentes ingredi non esse contagiosos, nec de contagione
suspectos,aut constat esse contagiosos, aut dubitatur. ¶ Primo
casu clarum est,& expeditum,quod repelli non possunt, qa cō-
238 tra non suspectos cessat cā custodiæ,& si arcerent̃ ab ingressu,
eis competeret,vel interdictum de locis,& itinerib. publicis.l.j.

ff. de loc.& iti.pub.& l.2.§.fi.ff. ne qd in loc. pub. vel actio iniu-
239 riarū,§.si qs me ꝓhibeat.ff.de iniur. ¶ Sed pone, †q̄ ab ordine
fuerit factū decretū, q̄ nullus forensis recipiatur in locū vsque
ad octo dies,q̄ritur an hmōi decretū valeat, & obseruationem
240 mereatur? Vr̄ prima facie,q̄ non valeat,†tū quia prohibere ne
quis ingrediatur,& transeat per vias publicas, est de regalibus,
c.1.q̄ sint rega.ergo spectat ad Principē prohibere,non ad con
siliū ciuitatis,tū quia decretū vr̄ iniquū,& inhumanū,ergo &c.
241 Non.n.est lex,q̄ iusta non est.c.erit aūt lex.4.dist. †Quid.n.pōt
magis esse contra charitatem, q̄ hospitium denegare aduenis,
& peregrinis,quib.ecclesia in subsidiū portas aperit,c.nulli,42.
dis.iniquissimum quippe est alijs facere,qd nobis fieri non vel-
lemus,c.1.1.dist.¶Et pro ista opinione vr̄ tex. in §.oēs peregri-
ni,de statu.& consoet.ꝯ liber.eccl. condi. in feu. & in auth.oēs
peregrini,C.cōia de succes.Dr̄ ibi,aduenæ, & peregrini liberē
hospitentur,vbi velint,ꝯnijs statutis,consuetudinibus, & priui-
242 legijs non obstantib.pondera,q̄ statuta non obstant.† Quod ēt
de statutis futuris intelligendū est s̄m Bar.in l.si mihi,& tibi,§.
fi.ff.de lega.1.& ibi late Mod. & Albe.de Ros.in l.si seruitus,ff.
243 de serui.vrba.præd.in fi.†Pondera ēt verbū,liberē,q̄ idem est,
ac si dictū esset,absq; vllo impedimento, & absq; vlla contradi-
ctione,c.licēt eps,de præb.li.6.c.1. vbi diffuse per Barb. de offi-
244 cio ordinarij.†Ad idem vr̄ tex.in c.innouam*,de treuga,& pa-
ce.vbi dr̄,peregrini,& rustici,euntes,& redeuntes, plena secu-
ritate lætentur,ergo eis introitus non est denegandus, nec pro
represalijs capi pn̄t. Qđ Bald. & cæteri affirmant in d.auth.oēs
peregrini.¶ In cōtrarium facit, quia quilibet pōt prohibere,ne
quis iter faciat per agrum suum.l.per agrū.C. de serui. & aqua.
Et pro hac parte vr̄ clarus tex.in l.mercatores, C. de commer.
& merca.vbi dr̄,mercatores posse prohiberi,ne in prouinciam
se conferant,& hoc ne illius regni scrutentur arcana. Quid te-
nendū?Circa hanc dubitationem duo sunt consideranda. Pri-
mò,an facultas prohibendi competat populo? Scđò, an prohi-
bitio sit iusta,vel ne? Circa primum,aut vniuersitas non reco-
gnoscit superiorē,& tunc, quia habet regalia nō est dubium,q̄
pōt oīa,q̄ pōt Princeps,s̄m Bar.in l.infamē,ff. de publi.iudi. &
Pan.in c.q̄ in ecclesiarū, col.2. de const. Aut superiorem reco-
gnoscit,nullāq; hēt iurisdictionē,& tunc vr̄, q̄ non possit ꝓhi-
bere ingressum alicui,sed ius prohibendi spectet ad Principem
hn̄tē regalia.d.c.1.q̄ sint reg. Et quia ius terrendi.i. summouē-
di a territorio spectat ad dn̄m territorij.l. pupillus, §.territoriū.
ff. de verb.sig. Et quia statuere circa ea, q̄ nō concernunt admi
nistrationē ipsius populi,est iurisdictionis, iō populus carens iu
risdictione non vr̄ posse talia statuta facere s̄m Bar.in l.oēs po-
puli.in 1.c.ff.de iusti.& iure. Nisi fortē vniuersitas tale ius pro-
hibendi præscripsisset,c.super quibusdā,§.præterea, de ver.sig.
Et in plerisque locis similes prohibitiones fieri vidi noīe vni-
245 uersitatis.† Pōt.n. in istis plurimum consuetud.,q̄ dat iurisdi-
ctionē nō habenti.l.viros.C de diuer.offi.cū suis concor. ¶ Cir
ca s̄m dico,q̄ tale decretum sine causa, vt pote iniquissimum
non valet,per iura primo loco deducta. Cum causa verò tenet,
& obseruandū est,d.l. mercatores.ibi,ne regni secreta scruten-
tur. Similiter si dubitetur, ne forenses admissi vsurpent impe-
246 riū,pōt eis dn̄s denegare introitū,†vt hr̄ num.10.& 21.e. & ita
in proprijs terminis distinguit Andr.de Iser. in rub quæ sint re
galia,& ibi addit, q̄ si Rex dubitet ne exteri inficiant aīos sub-
ditorū,eos tunc arcere pōt a suo regno, & eis introitū denega-
247 re.Qua de causa videmus,q̄ sæpe expellunt †Iudęos. Et hac ra
tione crederē,q̄ hi,qui venerunt ad habitandū in ciuitate,vt su
perstitiones,& vsuras exerceant, quas in sua patria tute exerce
re nō poterāt,vel exercere erubescebāt, oēs eijci, & ab ingres-
su repelli possint, ne subditos imitatione deteriores reddant.l.
ædiles,§.quid ergo.ff.de ædil.edic. Scđo casu, qn̄ constat petē-
tes ingressum esse contagiosos,tunc ēt clarū est,q̄ custodes dn̄t
eos nō admittere,qa ēt admissi eijci, & expelli pn̄t,vt dicam ꝗ.
de reme.curatiuis, nam turpius eijcitur,q̄ non admittitur hos-
248 pes,c.quemadmodum,de iureiur.† Sed hic occurrit dubitatio;
an ēt dn̄o loci, quē constat esse infectum, possint custodes de-
negare introitum? Vr̄ fortasse dicendū, q̄ non ꝓp iurm̄ fidelita
tis,quo promiserunt vitā dn̄i tueri,& vtilitatē ipsius procurare.
Sex.n. continet iurm̄ fidelitatis, q̄ sont notissima,c.1.de form.
fid.& c.de forma,22.q.5. Dn̄o ergo infirmo dn̄t opē ferre,non
aūt eū a proprijs larib.& a sua domo expellere. Et pro dn̄o fa-
cit,quod decidunt Io.And.& Gem.in c.grandi, de supplen. ne
249 gligen. prælа.per illū tex.† Dn̄t.n.non esse audiendos,subditos
qui volunt pacisci cū dn̄o suo,q̄ non possit, nisi cū certo nume
ro hominū armatorū locū intrare. refert,& sequitur d.Iaco. de
S.Geor.in tract.suo feu.sub rub.de Roydis.col.fi. ¶Item ꝓ dn̄o
facit,quia custodes tenentur eū tueri ēt aduersus propriū filiū,
& aduersus fratres,c.1.hic finitur lex Fed. &c. ergo ēt aduersus
oēs, & singulos de loco eum debent tueri, non aūt ingressum
prohibere.In contrarium facit,quia licitum est vim dn̄i ꝯria vi
250 repellere,s̄m Archid.in d.c.de forma.Cardi.in d.c.1.¶† Item,
qui iurauit defendere dominum, non tamen tenetur aduersus

seipsum, quia in gn̄ali sermone nō cōprehenditur persona lo-
quentis.l.inquisitio.C.de sol.& est tex.in terminis in c.petitio,
vbi gl.de iureiu.sequitur Fel.in c.ego N.col.3.eo.titu.cū igitur
agatur ēt de periculo vitę ipsorū custodū, vr̄ q̄ possint re iiste-
re dn̄o pestilenti ne ingrediatr̄,& locū contaminet. ¶Scđò pro
hac parte facit,qa subditi magis patriæ tenentr̄, q̄ dn̄o,l. mini-
251 mē.ff.de reli.& sump.fun.per q̄ dixit Alb.ibi,† q̄ vasallus non
obstante fidelitatis iurō tenetr̄ patriā defendere aduersus arma
dn̄i,nisi constaret,q̄ dn̄s iusta arma moueret, & idē tenuit glo.
in d.c.de forma.& ibi Archi.& firmant And.de Iser.Car.Alex.
& alij in c.1.de forma fide,& Iaco.Alua.in d.c.1. hic finitur lex
Fed.& cę.traditur per Mod.in l.veluti.in l.vt vim, ff. de iust.&
iur.Nō ergo custodes ad interitū patrię intromittere dn̄t dn̄m
252 infectū.¶†Tertiò facit, quia subditi ad malum peragendū non
dn̄t dn̄o opē ferre,d.c.hic finitur lex Fed.nec contra iustitiā te
nentur ei auxiliari.c.Iulian.c. qui peccantib. 11.q.3.cum igitur
dn̄s velit iniustē virus pestiferum in patriam immittere, æquū
est,& iustū prohibere,& ei non cōsentire. Et ista opinio verior
est,& tutior,vt patebit ex resolutione contrariorum. Et primo
non obst.iurm̄ fidelitatis, quia iurans non intelligitur promi-
sisse dn̄o defensionē aduersus seipsum, nec aduersus patriam,
vt in primo, & secundo fundamentis factis pro hac parte dictū
fuit, nec ēt si dn̄s velit alios indebitē opprimere,vt i tertio fun
253 damento.†Præterea pari mō tenetur dn̄s ad illa sex,de quib.in
iuramento fidelitatis, licet ipse non teneatr̄ simile iuramētum
subditis ꝓstare.d.c.1.§.fi.de for.fide.Et si dn̄s nō defendat sub-
ditos, cū possit priuatur ꝓprietate feudi.c.1.qual. do.prop.feu.
priue. poterunt ergo subditi dn̄o infecto volenti intrare, & sic
locū pestilentē reddere, opponere exceptionē.l. cū proponas.
254 C.de pact. ¶† Attamen crederem subditos non posse dn̄m suū
infectū ex toto expellere, quia licet non teneantur salutē pro-
priam saluti sui dn̄i anteferre,s̄m glo. in ca.1. in prin.qua feud.
amit.& in c.1.§.fi.de ali.feu.pater. & vtrobique Doct.Si tamen
salua salute propria dn̄m periclitantem non adiuuerint, puniri
dn̄t,c.1.§.item si dn̄m,q̄ fue.pri.cau. benefi. amitt. Prouidebūt
ergo dn̄o suo in aliquo loco territorij de congrua, & separata
habitatione, nec prætextu impensarū vllo mō possunt se excu-
255 sare,† quia domino existenti in periculo mortis, tenētur vltro
suis impensis subuenire,c.licet,si de feu.fuerit controuer.inter
256 domi.& agnat.vasal. ¶† Itē dubitatur,quid si forenses a loco in
fecto fugientes petant, q̄ eis liceat facere casulas in territorio
alterius,an eis istud possit denegari?Breuibus respondēdo, ego
arbitror,q̄ si aer proprij territorij,a quo fugiūt,nō sit corrupt*,
q̄ non solū ingressus loci,sed ēt territorij, & casulæ possint de-
negari,per ea,q̄ dixi ꝗ.in 1.casu.Si verò in proprio territorio sit
aer curruptus,dubito,q̄ teneantur territoriū, & casulas conce-
dere,nā ex parte fugientiū iusta est fuga, ca. negotiatorem,88.
dist.l.2.§.pen.ff.si quis cau.Ex parte incolarū loci, ad quē cōfu-
giunt, iniusta videtur expulsio. ¶ Quod sic ostenditur. Qui
potest subleuare proximum a periculo mortis, & non vult,ho-
257 micida esse conuincitur,88.distinct.in summa.Dilectio † enim
proximi cadit sub præcepto.Inquit enim Dominus, diliges ꝓ-
ximum tuum,sicut teipsum.ca.1.1.distin.& etiam, bene facite
his,qui oderunt vos,c.hæc autem vita,23.q.4.Si dilectio proxi-
mi est in præcepto,ergo,& omnia,sine quibus ipsa proximi di-
lectio conseruari non potest,erunt sub præcepto. Ad dilectionē
autem proximi spectat non solum, quód ei bene velimus, sed
etiam,vt ei bonum operemur,Ioann.3. Non diligamus verbo,
neque lingua,sed etiam opere,& veritate.Ad hoc autē,vt veli-
mus,& operemur proximo bonum oportet, vt illius necessita-
tib. subueniamus,c.pasce.81.dist.& in c.quantæ,de sent.excō.l.
vel necare,ff.de lib.agnoscen.cum similib. Compatiamur, in-
quit Ambro.alienis calamitatibus, & aliorū necessitates quan-
tū possumus,subleuemos,& amplius interdum,quam possim*,
cap.pulchra.86.distinct. ¶ Et pro hac parte facit,quia eijciendi
non sunt, qui vi ventorum in alienum portum impulsi sunt,l.
Cæsar,ff.de publ.nec repellendi veniunt,qui metu hostium ad
vicinos confugiunt,imo,vt quis se saluet ab incendio, potest ab
258 sque iniuria ædificium vicini diruere. Non enim †alteri facit in
iuriam,qui se tueri vult,etiam cum damno tertij.l.3.§. quemad
modum.ff.de incen.ruina,nauf.& facit tex.in l.1.C.de naufra.
lib.11.Ergo etiam expellendi non videntur, qui propter aeris
corruptionem, a quo se tueri non possunt, confugiunt ad salu-
brē locum. Et si dicatr̄ neminem teneri proximo subuenire cū
periculo propriæ vitæ,vt dictū fuit in proxima dubitatione.Re
spondeo verum esse. Sed in casu isto possunt fugientib. subue-
nire absque periculo capitis, concedendo illis particulam terri
torij,in qua casas sibi valeant præparare. Et si dicatur vagari po
terunt, & vagando per territorium incolas inficere? Respon-
deo,adhibeant custodes, qui custodiant, & prohibeant,ne di-
scurrant per territorium.¶Et si replicetur,ex hoc grauari pro-
pter expensas faciendas in custodiendo, talis replicatio non est
admittenda, quia non debet apud te plus valere tua pecunia,
quam vita morituri,c.non satis,86.distinct.& medicus tenetur
suis

suis sumptibus mederi ægrotis.a qb.eorumq; hęredibus actio
ne neg.gest. mercedē & impēsas repetet fm gl.in summa, 84.
dist.per tex.in l.Pōponius,ff de neg.ge.¶ Et hęc opinio huma-
259 nissima est & amplectenda.†Ↄtriam aūt sniam,quia misericor-
diam vetat,neq; tenere,neq; audire debemus,c.pōderet, in fi.
50.dist.Et vt securi ab hac dira clade,& a Deo miam consequi
velimus,discamus prius aliorum misereri. Beati, inquit Dns,
erunt misericordes,quia misericordiam cōsequentur,d.c.hæc
autem vita,23.q.4.¶ Tertiò casu,qñ dubitatur, vr̄ dicēdum cu
260 stodes debere prestare ingressum petētibus,†qa in dubio qui-
libet presumitur sanus.l.semel.C de re mil.lib.12 Et q. infirmi
tatem allegat,eam ꝓbare tenetur,fm Bar.in l.qualiter.ff de
261 re iudic.¶ Io Ↄtrium facit,†quia via ꝓ salute corporis tutior eli
gēda vr̄,l.2.§.si quis tñ,ff.si quis cau.l.imò.ff de lib cau. Bar.in
l.cōtinuus.§.cum ita,ff.de verb.ob. Sic in dubio cāpiēda ē opi-
nio,quę facit ꝓ salute aię.c.iuuenis,de spōs.c.paruulos de con
262 sec.dist. 4.†Et ad ꝓmdendum declinamus in deteriorē partē,
fm gl.i c.j.de feru.& ꝓbatur in l.gñaliter.§.si homini libero.ff.
de fideic.lib.& in §.j.Inst.de obl.quæ ex delicto nascun.tradi-
tur p Alex.in l.nā & postea.§ si minor.ff.de iust.& iu. & p Ias.
l.si arrogator,col.3 ff.de adop Et vbi de maiori agit periculo,
cautiori remedio opus est l.j.§ & si quis.ff.de Carb.edi.c.vbi
263 periculū,de elec.lib.6 †Et quia sanitas est fundamentū peten
tis ingressum,iō sibi asserenti se sanum, onus probandi vr̄ in-
cūbere.l ei qui.ff de probat.& ista pars vr̄ verior. Sed qualiter
itinerator probabit se sanum? Rñdeo, si aliter modus ꝓbandi
non sit consuetudine introductus,iurō ipsius standum eēt, qa
extraiudicialiter agitur,& dilationem controuersia nō admit
tit,vt in simili decidit.Spec.tit.de app.§.nunc breuiter trāscur
rendum.versi.quid ergo si appellator. vbi vult,q. si quis nō ha
beat testes paratos,qb.probare possit allegatam infirmitatem
tunc eius facto dari debeat plena fides inspecta causę & perso
nę qualitate,arg.c.si.quod met.cau.Si modò infirmitas attēta
natura causæ & conditione personæ probatur per iurm̄ infir-
mi,cur non ēt ꝓbabit sanitas,cui iuris p̄sumptio adminiculat?
Et bñ facit tex.in l.thesaurus.ff.ad exhib per quem concludūt
264 Doct.†q. in causis summarijs est qō decidenda iurō, nisi pso-
na,cui deferēdum est,sit alias suspecta,fm Bal.in l.eum qui C.
de proc.si.n.suspecta sit,non est eius iurō standum,l.non oēs.§.
a Barbaris.ff.de re mili.cum si.Nam illud vr̄ iurm̄ purgatiōis,
265 †ergo ei deferēdum,de cuius purgatione quęritur,l.pñti,§. sic
266 vbi.C.de episc.& cle.c.j.de purg.ca.†Et pro hoc facit,quia stā-
dum est iurō deferentis res in ciuitatem,an vsus sui causa defe
267 rat,fm gl & Car.& imo.in cle.religiosi,de deci. † Sed quia ab
experiēntia,quæ est omnium rerum magistra.c.q̄ sit.de elec.li.
6.clem.dispēdiosam,de iud.c.mulus,44.dist.& C.de iust. Co.
Ↄfir.§.j. compertum fuit, iterantes penuria passim subire, ne
in campis pernoctent. Dicebat.n.quidam amicus meus,q. iu
268 piter omnipotens penuria ridet euntem. † Idcirco consuetu-
do adinuenit aliū modum probandi itinerantes nō esse de pe-
stilentia suspectos, videlicet per scripturā.i.per literas dimisso
rias,quas vulgus bullettinum appellat.Et sic vsu obtētum fuit,
quod quicunque has literas secum non detulerit,repelli possit
ab ingressu loci. Valet.n. huiusmodi Ↄsuetudo.l.j. C. de litto.
& iti.cust.lib.12.per quam l.dñt ibi Bar.& alij,q. deferētes has
dimissorias cum frumento,vel alijs rebus alias deferri prohibi
tis non sunt a custodibus territorij vllatenus inquietādi. Simi
le etiam videmus,q. clerici alienæ diœcesis non sūt ad ordines
promouēdi sine literis dimissorijs. c.primatus.71.dist.& c.nul
lus,de tempo.ord.lib.6.& bene facit tex.in l.j.C.de naui. li.11.
& in l.3.C.de cursu publ lib.12.¶ Iuxta hoc de pluribus dubita
269 tur.†Et primo,a quo habēdę sint huiusmodi literę dimissoriæ
siue bullettinum? Dicas,q. ab officiali ad hoc deputato, cui di
scedens debet denūciare recessum,& iter quod facturus est,&
locum,ad quem tendit.l 2.C.de curiosis & statio.li.12.vbi bo
nus tex.ad propositum,& probatur etiam in d.l.vnica.C.de lit
ro.& iti.custo.Ad quos autem spectet electio dicti officialis,pa
270 tet ex his,quæ s.dicta sunt.¶ Secundo dubitatur,qualis sit & eē
debeat tenor & forma bullettini. Respondeo debet primò cō
271 tinere diē discessus a loco & nomen loci,a quo dimittitur,† &
isto respectu huiusmodi literæ possunt dici dimissoriæ.d.l.2.&
nomen loci,ad quem dirigitur iter.l.j.C.de tract. & stat li.12.
272 †Et isto respectu possunt nuncupari tractatorię, quasi designe
tur qualiter tractandus sit is,qui in eis nominatur.i.qualiter sit
recipiendus,cum literas sanitatis deferat.Et ego sum istius sē
tentię,q. ēt enūciare debeāt horam discessus,vt cognosci pos-
sit an a tempore recessus vsque ad horam, qua nominatus i eis
applicuit ad locum,ad quem potuerit diuertere ad circūuici-
273 na loca infecta.†Nam si ab hora discessus vsque ad horam ac
cessus insit intercapedo tanti temporis,q. ad loca infecta se cō
ferre potuerit,tunc bullettinum, seu literæ tractatorię,execu-
tionem non merentur,quia non durant, nisi per illud tēporis
spatium,quo verisimiliter applicari potuit ad locū, ad quem
dimittitur,argum.d.l.vnicæ.Sunt enim paria,nullam habuisse

D N.

licētiam,vel habuisse,& tps transactū fuisse.l.eui?tiones.C. de
274 cur.publ.†Et licet hora regulariter nō sit apponēda in instrū.
sufficiat apponere diem,fm gl.in l.gñali.C.de trib.lib.11.& in
Auth.vt prępo.nomen Imper.& in c.j.vbi Can. de fi.instru.tñ
male faciunt Notarij,q eam nō apponunt,qñ expedit q. appo
natur,fm Bal.& Fel in c.ego.n.per illum tex.de iurei.alleg.gl.
275 in l.si ex pluribus.ff.de sol.¶ † Item dēt cōtinere nomina,& co
gnomina descendentium,vt in Auth.de Questore.§.j.In tñ,q.
nō vr̄ sufficere si dicatur,Titius cum duobus socijs. &c.p tex.
in d.l.vnica,in vers.cum necessarijs suis.Et ratio est, ne det̄ oc
casio habenti similes tractatorias associandi sibi aliquem mor
bosum accepta ab eo pecunia: obuiandum est q̄cum fieri po-
test hoium malitijs.c.sedes,de resc.Et remouēda est ois peccā
276 di occasio.l.conuenire.ff.de pac dota.¶ Item†bullettinum de
bet esse scriptum & subscriptū manu officialis deputati cū ap-
pōne nois ipsius officialis.Constat.n.q. bullettinum debet esse
in scriptis prolatū,iurib.pręallegatis.Et probatur,bono simili,
277 †nam saluus conductus loco concessus,vt non molestet̄ a mi-
litibus trāseuntibus,qui saluaguardia in Gallia nūcupatur, per
scripturā solū ꝓbari pōt.l.fi.C.de eroga.mil an.Sic ēt scriptura
tñ verificari pōt, itinerantem venire a loco nō suspecto, vt ēt
consuetudine obtentū fuit:aliàs itinerātes faciliter possent col
ludere,& vn⁹ ab altero testimoniū mutuare.Et hos duos cas⁹
requirētes scripturam addere possumus ad gl.in c.j.de censi.li.
6.vbi plures alij enumerantur,nulla de istis duob.habita men-
tione.¶ Cum ergo scriptura sit de essentia bullettini,sequit̄ q.
si alterius manu,q̄ illius,ad quem spectat,scriptum reperiatur,
278 q. ei fides adhibēda nō erit.Sicut dicim⁹†de instro scripto alie
na manu,quā per Notarium de eo rogatum, nam tale instrm
præsumitur falsum,& ei credendum nō est,&c.& quod sæpe, in
Auth.de trien.& semis.quem ꝓ singulari allegat Lud.Ro.sing.
220.inc.An diuersitas scripturæ.§.2. in Auth.de fi.instr.Et ma
ximè protocollum,nā illud totū scribi debet manu ipsi⁹ Nota
279 rij & non alterius.§.nos,in Auth.de Tabellio¶ †Non tñ nega-
uerim,q. bullettinū scribi nō possit per alium, dum tñ subscri
batur per officialem,qui in subscriptione attestetur,se scribi fe
cisse per aliū specialiter nominatū.sicut Notari⁹ alijs negotijs
impeditus pōt facere exēplū scribi p aliū, dū tñ in subscriptio
ne attestet̄ de impedimento,& de noie scriptoris, fm Spec.ti.
de inst.edi.§.instrumentū,vet.item q. haber.Inn.in c.qm Ↄ,de
prob.Bal.& Sal.in l.Ↄtus,C.de fi.instr.& per Soc.cons.24.Vi-
sis & diligēter examinatis,col.8.lib.1.¶ Et hęc omnia notāda
sunt,quia de cōsuetudine ina e seruantur,& ideo falsitates plu
280 res in istis bullettinis quotidie repe?iūtur.†Et maximè ista no
tanda sunt Ↄ officiales bullettinorū,quia amico suo dāt album
bullettinum,nam extra ordinem sunt puniēdi,arg.l.j.ff. de ex
traord.crim.& bonū esset per statutū imponere eis pęnā cōdi
gnam tanto facinori.Nā,ut intellexi,plures sunt, q. quæstū &
mercimoniū faciunt de talib.bullettinis sicut de scriptis Papæ
281 dr̄ in c.fi.de rescr.¶ † Debet etiam esse sigillatum sigillo publi
co.Et isto respectu appellatur bullettinum,quia bullatum esse
debet,fm Lucā de Penna in rub.C.de tract.lib.12.Et vt facili⁹
dignoscatur sigillum,cōsuetudine inductū fuit,q. bulletur bul
lo,seu sigillo Cōitatis loci,a quo disceditur,& bullettinū susci-
pitur.Nā cū tales tractatoriæ literę fiant officialib. electis no-
mine communitatis, iustum etiā vr̄,vt eiusdem Cōitatis sigil
lo signentur,l.j.C.vt nem.lic.rebus alie.signa imp.c. post ces-
282 sione,& ibi no.de probat.†Ex quo infertur,q. si alterius psonę
sigillo,ēt episcopi,vel domini loci bullatum esset, nullam fidē
faceret,quia sigillum episcopi,vel domini nō est ad hoc institu
tum,fm Bal.in rub.C.de fi.instr.col.pen.ver.2. supplemētum.
¶ Illud aūt,qd dr̄,q. licēt signare sigillo alieno.§.pñt,Inst.de te
sta.& l.ad testium.§.2.co.tit.verum est,si sigillationib.faciēdis
non sit deputatum de publico proprium sigillū fm Bal.p text.
in c.Romana.§.pen.de so.comp.lib.6.Nam vbi propriū hr̄ si-
gillū,vtendū non est alieno,Spec.tit.de inst.edi.§.restat.ver. itē
quod sigillum,traditur per Fel.post Inn.& alios in c.2. col.pe.
de fi.instr.¶ Ex his satis instructi possunt esse custodes,an verū
sit,vel suppositium bullettinum.Tenentur enim diligēter ad
uertere,ne sub fictitijs tractatorijs quisquā ingrediatur.l.4. C.
de deser.lib.12.Considerabūt ergo horam discessus,& horā ac
cessus,& prudēter cogitabunt si interim ad cōtagiosa loca po-
tuerint verisimiliter diuertisse. Interrogabūt illico applicātes
ad portam de nominib.& cognominibus ipsorū,& hoc priusq
quam inspiciāt bullettinū.Et si in nomine,vel cognomine va
riationem cognouerint suspectas arbitrentur literas tractato-
283 rias,quia†in nomine & cognomine proprio nō est verisimile
quenquam errare.l.fi.C.de hęred.inst.Et si custodes suspicent̄
aliquę falsas tractatorias afferre,se a principio faciles exhibeāt
nec cum diligenter examinēt,sed cum iam pedem intra locū
intulerit,tunc cum appellent qualiter vocetur, quo cognomi-
ne nuncupetur,quid acturus venerit,nam tunc facilè variabit
cum de introitu ingęperit non dubitare. ¶ Examinabūt insu-
per,an literæ tractatorię sint scriptæ characteribus officialis ad

cas scribendas deputati,& vtrũ sint in aliqua parte abrasæ,vel
284 vitiatę.† Nam pp rasurã vel cancellationẽ arguitur falsitas lite
rarũ.l.fi.C.de edicto diui Adr.toll.c.licet,de crimi.falsi.¶ Et
super oia illarum datam diligentius aiaduertant.c.eam te,de
285 rescr.¶ † Quod si eam datam breuibus literis,& (vt aũt) in aba
cho scriptã viderint,tunc bene oculos aperiant,quia ex altera
tione vnius literę variatur sensus,& facillimè litera abachi põt
alterari.Si ergo ipsam in aliquo corrupta,depressam,lineatã
vel aliqualiter variatã conspexerint,suspectum credãt bullet-
tinum,c.inter dilectos,de fi.instr.vt aditur per Pan.& alios,ĩ c.
ex parte,eo.tit.Idcirco vtilissimũ esset prouidere,q data hotũ
bullettinorum scriberetur extense,quia tunc non poterunt fa
cilitet falsificari,vt in simili dixit Spe.tit.de relc.pñ.§.j.ver qd
si ex forma.& est ad propositum nostrũ optimus tex ĩ l.fi.pau
lo ante finem,C.de veter.iur.enucl.¶ Propterea sigillũ fideli-
ter intueri dñt,an sit sigillum Communitatis,a qua discessum
286 fuit.† Et si non erit,vel sit deprauatum,aut alias non bene im-
pressum,ita q de ueritate dubitari possit,tunc non est bulletti
287 no vlla fides danda,d.c.inter dilectos.† Sed quid si inter custo
des,& volẽtes ingredi,suboriatur discordia super veritate bul
lettini,quis de hac cognoscet controuersia?Respondeo paucis,
q iudex custodũ erit cõpetens iudex,quia volẽtes ingredi sũt
actores cũ petant ingressum,& actores tenent sequi forum rei
.l.iuris ordinem.C.de iuris.om.iud.ca cum sit generale,de fo.
288 comp.† Sed pone,q iudex pronunciet bullettinum esse legiti
mum,cũ forte sit supposititiũ,an tali licentia licebit appellare.
Credo q non,quia tps appellationis consumatet effectum sen
tentiæ.l.si.ff.de appel.recipien.l.quisquis.C.quorum appel.nõ
recip.l.si.C.de sepul.viol.Spe.tit.de appel.§.in qb.vers.8.¶ Di
ces tu,ergo erit in facultate iudicis intromittere infectos arbi-
trio suo,si vniuersitati nõ succurratur remedio appellationis?
Respondeo,vbi probabiliter constaret bullettinum esse de fal
sitate suspectũ,vel alias de legitima cõtagionis suspicione ap-
pateret,liciturn esset populo appellare,& post appellationẽ de
289 facto resistere.¶ † Nam vbi apparet de iniustitia,& damnũ est
irreparabile,licet aduersus iudicem de facto resistere,c.nõ de-
bet,& ibi gl.11.q.3.c.non inferẽda.23.q.4.tradit Bar.in l.si alt⁹.
§.bellissime.ff.quod vi,aut clam.& plenè per Fel.in c.si qñ,&
in c.ex literis,vbi bonus tex.de offi.deleg.& per Lãber.de Rã
290 po.in suis dist.super.ff.vet.in j.dist.¶ † Sed quid si iudex mãdet
custodibus sub pęna fustigationis & centum marcharum ar-
genti,q nullũ suspectum intromittant,& præsertim Titium,
modo Titius venit cum legitimo bullettino,& a custodib⁹ re
cipitur.Quæritur an iudex possit hos custodes fustigari facere?
Istam quęstionẽ vidi in facto.Pro parte custodũ & sindicorum
loci,quorum mãdato Titius intromissus fuit,allegabatur q ip
si erant in quasi possessione custodiendi,& veniẽtes cũ bonis
bullettinis admittendi,& q priuari non dẽbant sua quasi pos-
sessione.Ad quod respondebam,q virtute edicti nõ priuaban
tur sua quasi possessione,qa aliud est custodire,aliud edicere,
ne suspecti,& præsertim ne Titius intromittatur.Primũ factũ
est.Alterum iurisdictionem habet inclusam.¶ Secũdò diceba
tur,q iudex nõ poterat pęnam fustigationis comminari,qa pe-
daneus iudex erat.Sed istud negabatur,qa hẽbat merũ & mix
tũ imperiũ,& licet esse vnus ex magistratib.municipalib.non
tñ dici poterat iudex pedaneus.Differunt.n.inter se iudices pe
danei,& magistrat⁹ municipales,vt ex titulorũ diuersitate di
lucide apparet.Magistratus autem municipales de cõsuetudi
291 ne põt exercere ea,† quę sunt minimi grad⁹ meri imperij,ẽm
292 Bal.in l.pen.C.cõmina.vel cpi.fustigatio† aũt est minimi gra-
dus meri imperij,ẽm d.Ias.in l.imperium,ff.de iurisd.om.iud.
293 ergo,&c.¶ † Tertiò dicebat,q erat præceptũ nudũ,cui paren
dũ non erat.l.j.& per totum.C.commina.vel.cpi.tradit p Fel.
in l.filiusfa.§.diui,ad fi.ff.de leg.j.Sed rñdebam,tale præceptũ
fuisse factum ad aggrauandum culpam custodum sup his,quę
spectebãt ad officiũ iudicis,quo casu valet,ẽt si nõ sit expressa,
cã.l.j.§.cũ patronus,ff.de officio pręfecti vrbis.l.sã salutẽ.ff.de
offi.præf.vig.¶ Quartò dicebatur,pceptum debere intelligi,si
Titi⁹ venisset sine legitimo bullettino,alias esset iniustũ.¶ Ad
istud rñdebã,q pceptum,quò ad Titium erat præcisum & ab-
solutum,idò præcise & absolutè intelligendum.l.j.§.& gñaliter
ff.de leg.præstan.An id qđ pceptũ esset iniquum,rñdebã verũ
si cã phibitiõis cessaret ex eo,q afferret bullettinũ.Sed alia rõ
ne potuit iudex moueri ad præcipiendũ,ne Titius admittere
tur,ergo in dubio parendũ fuerat,aut instandũ q pcepti cã ex
primeret,c.si qñ,de rescr.Potuit.n.iudex pceptũ fecisse,qa scie
bat paulo añ Titium fuisse ꝯuersatum cũ infectis,ex qua ꝯuer
satione suboritur probabilis suspicio,cum dici soleat,quod

Vnaque conspecta liuorem ducit ab vua.

Et sic cũ sanis sanus eris,alias morbo nõ carebis,vt dixi s.& pbat in c.postq̃,de ele.Potuit ẽt moueri iudex,qa cognoscebat Titiũ esse ceruicosum,& si fuisset admissus,nõ potuisset facile custodiri,cũ occulte ad infectũ locũ vicinũ,vnde oriũdus erat & a quo aufugerat,qñque se trãsportaret,ex alijs ẽt causis mo-

ueri potuit,de qb.dixi s.in 3.c.prin.hui⁹ remedij s.vel ex alijs
294 quas tu ipse ꝯsiderabis.¶ † Insuper dubitare quis posset,qua pę
na puniendi sint custodes,qui accepta pecunia ꝯ ordines igre
di patiuntur venientes sine bullettino,vel cum bullettino,q
sciunt esse supposititiũ & falsum.Rñdeo,si agrorũ & territorij
custodes patiuntur aslia intrare territorium,& ibidẽ depasci,
grauissimo puniuntur supplicio.l.j.C.de fun.& salti.rei diu.lõ-
ge maiori pęna puniendi veniunt custodes portarum.Et si ex
tali intromissione locus pestilẽtiosus redderetur,nulla tã acer-
ba pęna excogitari posset quę ad tm̃ scelus puniendũ sufficere
videatur:Proditores.n.patriæ sunt,acsi inimicam gentem in-
295 tromisissent deprædandi & occidendi causa,† quam qui intro-
mittit,viui sunt comburendi.l.si quis Barbaris.C.de re milit.
li.12.facit dictum Bal.in c.j.col.5.quib.mod.feud.amit.& facit
296 tex.in l.carceri,& leg.milites.ff.de custod.reo.¶ † Sed quid si
aliqs sine bullettino intrauerit clãdestinè,dum custodes tabu-
lantur in portis,an custodes sint tuti ab omni pęna?Rñdeo,q
non,si sint salariati de publico.Qui.n.mercedem pro custodia
recipiunt,ad exactissimam tenentur custodiam,& sic ẽt pro le
297 uissima culpa sunt puniẽdi.l.qui mercedem.ff.loca.† Oportet
.n.custodes quibus populus commissus est,cum magna ꝯstantia
vigilare,ca.oportet.81.dist.Si custos esses,quæ acta sũt,scires,
sed qa nimia desidia,& torpore deprimeris cũ tuo decore,&c.
plura narrantur,c.si custos,27.q.1.Nam pastor nõ excusatur,si
298 lupus opes comedat,& ipse nesciat,c.q̃uis,de reg.iu.¶ † Hinc
dicebat Bald.q famulus,q demisit equum in pascuis,quẽ lup⁹
comedit vel fures abegerunt,tenet dño ad æstimationem,nisi
esset cõsuetudo in loco,dimittendi equos in pascuis sine custo
dia,ita Bal.in l.nemo deinceps,ad fi.C.de epis.audien.Castigã
di ergo sunt custodes pro modo culpæ.l.milites,& l.fi.ff.de cu
299 stod.& exhi.re.¶ Sed quid† si aliqs intrauerit sine tractatorijs,
inuitis custodibus,an tunc excusandi sint?Dic,aut custodes po
tuerunt resistere,aut nõ,arg.l.item quæritur,§.exercitu,& l.i.
